

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com





Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien


Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.





LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

480.8
C569
v.17-B

CLASSICS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTVLARVM PAVLINARVM

CODICES GRAECE ET LATINE SCRIPTOS

AVGIENSEM BOERNERIANVM CLAROMONTANVM

EXAMINAVIT INTER SE COMPARAVIT AD COMMVNEM ORIGINEM REVOCAVIT

PETRVS CORSSEN

SPECIMEN ALTERVM

AD PROGRAMMA GYMNASII IEVERENSIS ADDITVM.

TYPIS EXPRESSIT
HENRICVS FIENCKE KILIENSIS
ANNO MDCCCLXXXIX.

1889. Progr.-No. 629.

Digitized by Google

Digitized by Google

Argumentum.

Digitized by Google

NB. Codices versiones patres adhibita editione VIII. critica maiore Constantini Tischendorf notis solitis insignivi. De codicibus Graecis litteris minusculis scriptis qui pluribus locis afferuntur cf. prolegomena editionis VIIae et Scrivener, Introduction to the criticism of the N. T 3d edition.

Digitized by Google

I. Quam abhinc biennium de codicibus Graeco-Latinis epistularum Paulinarum institui dissertationem, eius summa haec erat: codices F et G ad unum esse revocandos exemplar, in quo Graecum Latino e regione scriptum fuisse idque per versus cum codice D magnam partem longitudine congruentes. Fuit igitur archetypus illorum specie quidem codicis D similior. Itaque minime mirum est, quod lectione nulli plus quam F et G cum D consentiunt. Sed magni momenti est accurate definire, quae inter D et X (sic illorum archetypum appellare liceat) intercedat ratio. Nam si hic ex illo derivari possit, parvi faciendus sit, sin autem ambo ab altiore quadam eaque communi origine repetendi sunt, esse potest, ut etiam recentiores codices, qui sunt F et G, ad antiquam libri formam recognoscendam non nullius momenti sint. Nam codicibus recentioribus haud pauca interdum fidelius servata contineri quam antiquioribus nemo negabit, qui varia librorum manu scriptorum fata cognovit.

Atque statim declaro propositum mihi esse D et X duos esse codices demonstrare eiusdem antiqui exemplaris (quod brevitatis gratia littera Z[1]) significare liceat), utrumque quidem varie mutatum, sed ita, ut si alter cum altero accurate comparetur, multis locis illud magna cum probabilitate restitui possit.

II. Principio vero e codicum consensu recensionis Graeco-Latinae naturam et rationem quam maxime oportet studere cognoscere, ut loci inter codices discrepantes certa regula iudicari possint. Itaque sic ei cum reliqua epistularum Paulinarum memoria comparandi sunt, ut et quid illius editionis proprium sit et quos potissimum ea auctores sequatur appareat.

1. Ut ab orthographia incipiam, eius quidem haud parva inter D et X est discrepantia. Nec mirandum est, quod codex recentior, qui quidem X videtur fuisse, multo vitiosior fuit, quippe ad quem memoria epistularum per plures manus devenerit. Nonnulla tamen in eo correcta et ad usum doctiorem videntur revocata fuisse. Sed etiam in rebus orthographicis plus semel D et X contra omnes inter se consentiunt.

Inprimis commemorandum videtur praepositionum *σvv* et *εv* in verbis compositis extremam litteram, quae ad alterius partis principium accommodari solet, saepius ullo alio codice Z integram servavisse.[2]) Sic solus habet *σvvστατικωv* II Cor 3, 1. *σvvφvλετωv* I Thess 2,14. *σvvφvτοι* Rom 6, 5. *εvβατενωv* Col 2, 18. *εvκακοvμεv* II Cor 4, 1. *εvκαλεσει* Rom 8, 33. *εvκαταλι-*

---

1) Sic igitur litteras X et Z adhibebo, ut et ipsos libros, quos exstitisse sumo, vel qui eos conscripsere, et singulas quasque lectiones vel inter F et G (X) vel inter F, G, D (Z) consentientes iis significem.

2) Cf. in hanc rem Gregory, Prolegomena in Novum Testamentum Graece rec. Constantinus Tischendorf ed. VIII. critica maior p. 73 sqq.

Digitized by Google

πομενοι (— *ειπομενοι*) II Cor 4, 9. *ενκρατευεται* I Cor 9,25. *ενκρατια* (— *εια*) Gal 5, 23. *ενπεση* I Tim 3, 6.

In ceteris codicibus semper scribitur *εμπροσθεν* excepto Apoc 4, 6, ubi *ενπροσθεν* habent ℵ B P. Contra in Z *ενπροσθεν* II Cor 5, 10 Gal 2, 14 I Thess 2, 19. Saepius in D solo velut Phil 3, 14 I Thess 1, 3 3, 9. 13. Item D solus habet *συνφερει* I Cor 6, 12 (sed hoc loco X hiat) II Cor 12, 1. *ενκακουμεν* II Cor 4, 16. *ενμενει* Gal 3, 10. *ενπιπτουσιν* I Tim 6, 9. Contra X solus *συνγενεισ* Rom 16, 7. 21. *συνγενη* Rom 16, 11. *συνφεφει* II Cor 8, 10. *ενφανης* Rom 10, 20.

De ceteris codicibus maxime B in his cum Z consentit. Sic habent B Z *συνκριναι* II Cor 10, 12. B D *ενκριναι* ibid. *ενκακωμεν* Gal 6, 9. *ενκακησητε* (*ενκακειτε*) II Thess 3, 13. B X *ενκοπην* I Cor 9, 12. Item soli B Z *ζβεννυτε* pro *σβεννυτε* I Thess 5, 19.

Etiam in mediis verbis Z *ν* ante *γ* et *χ* habet velut *γανγραινα* II Tim 2, 17. *σπλανχνα* Phil 2, 1 Col 3, 12 Philem 7, 12, 20. *σπλανχνοις* Phil 1, 8. *ευσπλανχνοι* Eph 4, 32. Solus D *σπλανχνα* II Cor 7, 15 *σπλανχνοισ* ibid. 6, 12. Idem solus *ευανγελιον* Phil 4, 15. *ευανγελιω* II Cor 8, 18. *προεπηνγελμενην* II Cor 9, 5. *καταινγελλουσιν* Phil 1, 17 *καταινγελλετε* ibid. 18.

Deinde saepius D in medio verbo *ν* pro *μ* ponit velut *ελανψεν* II Cor 4, 6. *περιτετνημενοσ* I Cor 7, 18. *θριανβευοντι* II Cor 2, 14 et praecipue in formis verbi *πεμπω* velut *πενψω* I Cor 16, 3 *επενψα* Phil 2, 28 *προπενφθηναι* II Cor 1, 16 similia, quae saepissime in D, nunquam, quantum animadverti, in X occurrunt.

Ex Latino ortum est quod Z habet I Thess 1, 1 et II Thess 1, 1 *σιλβανοσ* pro *σιλουανοσ*, II Cor 1, 19 *σιλβανον* pro *σιλουανον*; nam Latinos sermone vulgari litteras b et v inter se commutasse notum est et sic ubique cum b habet D latine (d). Similiter ex Latino D solus: *Φιλιππησιουσ* in inscriptione et subscriptione epistulae. *ψευδοαποστολοι* pro *ψευδαποστολοι* II Cor 11, 13 *ιστραηλειται* pro *ισραηλειται* Rom 9, 4. (Sed *ισδραηλιται* II Cor 11, 22 *ισδραηλειτησ* Jo 1, 48 etiam ℵ).

2. Ut a recta consuetudine scribendi, sic a culto sermone Z longius aliis recedit. Solus habet *στηκετε* pro *εστηκατε* I Cor 15, 1. *συνιοντεσ* pro *συνιεντεσ* Eph 5, 17. *ελεα* pro *ελεει* Rom 9, 18. *δοι* pro *δω* Eph 4, 29. Quamquam hae verborum formae aliis locis in aliis quoque codicibus occurrunt. Ita *στηκετε* ut imperativus forma omnibus sollemnis est, cf. I Cor 16, 13 Gal 5, 1 Phil 4, 1 II Thess 2, 15. Pro indicativo in omnibus positum est Phil 1, 27; post *εαν* in multis I Thess 3, 8. *στηκει* in omnibus Rom 14, 4. *συνιων* omnibus codicibus exhibetur Rom 3, 11 (edidit Tischendorf *συνιῶν*, Westcott-Hort *συνίων*). Mt 13, 23 habent *συνιεισ* ℵ B D 238, longe plures *συνιων*. *ελεωντοσ* Rom 9, 16 codices paene omnes habent, *ελεατε* Jud. 23 soli ℵ B 17 40 reliqui *ελεειτε*. *παραδοι* Mr 4, 29 habent ℵ B D Δ, item Jo 13, 2 ℵ B D, Mr 14, 11 soli B D, ibid. v. 10 solus B (*προδοι* D) . *παραδιδοι* I Cor 15, 24 soli B X. *δοι* Mr 8, 37 soli ℵ B.[1])

Verbum *καταχρησασθαι* cum accusativo coniunctum habet solus Z I Cor 9, 18. Verbo *χρησθαι* accusativum adiungunt I Cor 7, 31 ℵ A B (*οι χρωμενοι τον κοσμον ως μη καταχρωμενοι*) item addito *τουτον* ad *κοσμον* Z 17. Act 27, 17 solus ℵ habet *βοηθιαν εχρωντο*.[2]) II Cor 12, 14 Z solus *καταναρκησω υμασ* ceteri aut *καταναρκησω υμων* aut omisso *υμων*. Latine d *vos gravabo* g *gravabo vos*.

---

[1]) Moneo in evangeliis littera D significari codicem Bezae Graeco-Latinum, Δ Sangallensem eundem Graeco-Latinum.

[2]) Cf. Winer-Moulton, Grammar of New Testament Greek, Edinburgh p. 262 i.

Digitized by Google

[illegible] haec [illegible] quidem [illegible] [illegible] apostolorum sanctorum scriptorum, sed [illegible] [illegible] est imprimis [illegible] editoribus Sin[illegible] [illegible] editore [illegible] quaedam et quae in [illegible] Sed dubito an non semper [illegible] illi [illegible] [illegible] credit eos Romae vel certe in Italia [illegible] Noster vero [illegible] aliorum codicum [illegible] [illegible] doctus [illegible] scripsit. Ob eandem causam [illegible] Sic Rom 3, 27 D habet *ουκ* N [illegible] [illegible] Cor 1, 29; 3, 3; 6, 1 [illegible] quid [illegible] D cum ceteris *ουχι*, contra I Cor 10 [illegible] cum ceteri *ουχι*. Contra Gal 4, 9 Z [illegible] [illegible] sed in eodem versu habet *καταχαιγο*[illegible] [illegible] in Novo Testamento, ut videtur, non [illegible] I Cor 15, 30 legitur, contra *κινδυνευω* et [illegible] [illegible] posuit velut [illegible] pro [illegible] [illegible] 45 [illegible] pro [illegible] Rom 11, 26 [illegible] pro [illegible] I Cor [illegible] [illegible] pro [illegible]; praeterea [illegible] [illegible] pro *θαυμασθηναι* II Thes 1, 10. Sed [illegible] [illegible]. Atque etiam [illegible] per [illegible] [illegible] apparet, quam arte D et N [illegible]

[illegible] fortasse nostro [illegible] [illegible] [illegible] Phil 2, 28. *χαρη* pro *χαρη* scripsit [illegible] 7 [illegible] videtur, cum praesens nec in hanc locum [illegible] Latin[illegible] [illegible] scripsit [illegible] pro [illegible] II Cor 8, 12 [illegible]

[illegible] aperta est causa, cur haec mutaverit, [illegible] Phil 2, 8; [illegible] pro [illegible] I Cor [illegible] 4, 6; [illegible] pro eodem Rom 12, 4 [illegible] 13 [illegible] pro [illegible] [illegible] *παρα δυναμιν* pro *υπερ δυναμιν* II Cor [illegible] pro *εκδημουμεν* [illegible] *κοπον* pro [illegible] Col. 4, 13.

[illegible] Z perfectum pro aoristo posuit Gal 5, 21 [illegible] pro [illegible] quod quidem cum bis in hoc [illegible] occurrat, priore loco D [illegible] altero D solus. Perfectum num apud sacros scriptores vim aoristi interdum [illegible] haud satis constat. Moulton [illegible] WM [illegible] locos enumerat.

[illegible] virum doctissimum et palaeographiae [illegible] [illegible] decus amplissimum mihi dicere se quidem [illegible] [illegible] librario scriptas sit. Nec hoc dixit vir clar[illegible] [illegible] sententiam confirmaret, sed quia ex lon[illegible] [illegible] semel hoc ad hunc locum afferre Chrysostomum [illegible] [illegible] *εκδημουμεν*, ergo quid Chrysostomus hoc loco [illegible]

εγκρατεια ... και Gal 5, 23.

... 6. ubi εγκροσθεν habent ℵ ... 10. Saepius in D solo velut ... I Cor 6, 12 sed hoc loco ... ενπεποισθ I Tim 6, 9. ... συνεφεχει II Cor 8, 10. ...

... Z ... habeat B Z συνχρινα II Cor 10. 12. ... II Thess 3, 13. B X ενκοπιν ... 5. 10.

... Z ... II Tim 2, 17. σπλανχνα ... Phil 1. 8. ευσπλανχνοι Eph 4, 32. Solus ... 6, 12 ... in solis ευανγελιον Phil 4, 15. ευανγελιω ... 5. καταγγελλουσιν Phil 1, 17 καταγγελλετε ibid. 18 ... velut ελαμψεν II Cor 4, 6. περιπατησμενου ... praeterque in locis verbi πεμπω velut πεμψω I Cor ... II Cor 1, 16 similia, quae saepissime in D, nunquam, ...

... I Thess ... II Thess 1, 1 σιλβανοσ pro σιλουανοσ. ... Latin ... litteras b et v inter se commu- ... Latino D solus: Φιλαδελφιαν ... ψευδαποστολοι II Cor 11, 13 ... Sed ... 11, 22 ισδραηλειτησ Jo 1, 48

... sic ... Z ... aliis recedit. Solus habet ... 15, ... 5. 17. ελεα pro ελεει Rom 9, 18. ... locis in aliis quoque codicibus ... est cf. I Cor 16, 13 Gal 5, 1 ... tum est Phil 1, 27; post εαν in multis ... omnibus codicibus exhibetur Rom 3, 11 ... Mt 13. 23 habent συνιεισ ℵ B D 238, longe ... habent, εληατε Jud. 23 soli ℵ B 17 40 ... ℵ B D ... Jo 13. 2 ℵ B D, Mt 14, 11 soli ... 24 soli B X. δοι Mr 8, 37 soli ℵ B.[1] ... habet solus Z I Cor 9, 18. Verbo χρησ- ... ℵ A B ... τον κοσμον ως μη καταχρωμενοι) item ... 17 ... habet βοηθειαν εχρωντο.[2] II Cor 12, 14 ... omisso υμων. Latine d vos gravabo

...

... Graeco-Latinum, Δ Sangallensem eundem Graeco-Latinum. ... Edinburgh p. 262 f.

Atque haec quidem quamquam suis locis editioni Graeco-Latinae propria sunt, tamen ab usu, non dico ipsorum sanctorum scriptorum, sed librariorum quidem non omnino abesse reperiuntur. Animadvertendum est inprimis ea codicibus Sinaitico et Vaticano commendari, quorum auctoritate commoti editores inusitatiora quaedam et quae in ipsis illis codicibus rariora sint in textum receperunt. Sed dubito an non semper duces illi sequendi sint, praesertim si verum est quod Hortius haud sine ratione credit eos Romae vel certe in Italia scriptos esse. [1])

Noster vero certe nullorum codicum auctoritatem secutus, sed Graeco sermone ab hominibus ineruditis doctus talia scripsit. Ob eandem causam formas verbaque minus sollemnia videtur interdum evitavisse. Sic Rom 3, 27 D habet *ουκ* X *ου* ceteri omnes *ουχι*. (Aliis locis habent *ουχι* velut I Cor 1, 20. 3, 3. 6, 1 ; aliis quid habuerit Z non constat, velut I Cor 5, 2 solus X habet *ου*, D cum ceteris *ουχι*, contra I Cor 10, 29 D, 17 *ου* X cum ceteris *ουχι*). Col 1, 21 solus Z *νυν* ceteri *νυνι*. Contra Gal 4, 9 Z *νυνει* ceteri *νυν*. Rom 11, 18 Z *καυχασαι* pro *κατακαυχασαι* (sed in eodem versu habet *κατακαυχω*). I Cor 15, 39 *πετινων* pro *πτηνων*. *κατακαυχασθαι* in Novo Testamento, ut videtur, non nisi Rom 11, 18 (bis) et Jac 2, 13; *πτηνα* non nisi I Cor 15, 39 legitur, contra *καυχασθαι* et *πετεινα* saepissime. Verbum simplex pro composito etiam alibi posuit velut *ενηρξασθαι* pro *προενηρξασθε* II Cor 8, 10. *ουρανιοσ* pro *επουρανιοσ* I Cor 15, 48. *ουρανιοι* (*ουρανινοι* X) pro *επουρανιοι* ibidem. *εκλασθησαν* pro *εξεκλασθησαν* cum B Rom 11, 20 . *ερμηνευτησ* pro *διερμηνευτησ* I Cor 14, 28 cum eodem. Contra paulo ante v. 26 *διερμηνειαν* pro *ερμηνειαν*; praeterea *παρεδωκαμεν* pro *εδωκαμεν* I Thess 4, 2 . *ενθαυμασθηναι* pro *θαυμασθηναι* II Thess 1, 10. Sed hoc quidem vitiose, quod paulo ante praecedit *ενδοξασθηναι*. Atque etiam *παρεδωκαμεν* per lapsum videtur natum esse, cum praecedat *παραγγελιασ*. Certe ex his apparet, quam arte D et X inter se cohaereant.

Familiarius fortasse nostro fuit *κρινετε* quam *κρινατε* Rom 14, 13. *σπουδαιοτερον* quam *σπουδαιοτερωσ* Phil 2, 28. *γαμη* pro *γημη* scripsit I Cor 7, 28, cum rectam formam non intelligeret, ut videtur, nam praesens nec in hunc locum admitti potest nec in Latino positum est. Item vitiose bis scripsit *περσυ* pro *περυσι* II Cor 8, 10 et 9, 2.

Non aperta est causa, cur haec mutaverit, nisi quod similia similibus sibi explicare voluit: *αχρι* pro *μεχρι* Phil 2, 8; idem pro *εωσ* I Cor 1, 8 . *εωσ* pro *μεχρι* Phil 2, 30 . *καθωσ* pro *καθαπερ* Rom 4, 6 . *ωσπερ* pro eodem Rom 12, 4 . *ωσει* pro *ωσ* Col 3, 12 . *αφησει* pro *εασει* I Cor 10, 13 . *ανακρινετωσαν* pro *διακρινετωσαν* I Cor 14, 29 . *ασθενουσιν* pro *ασθενεσιν* I Cor 9, 22 . *παρα δυναμιν* pro *υπερ δυναμιν* II Cor 1, 8 . *επιδημουντεσ* pro *ενδημουντεσ* II Cor 5, 6. *αποδημουμεν* pro *εκδημουμεν* ibidem. [2]) *κοπον* pro *πονον* Col. 4, 13.

Bis Z perfectum pro aoristo posuit Gal 5, 21 *προειρηκα* pro *προειπον*. I Cor 1, 16 *βεβαπτικα* pro *εβαπτισα* (quod quidem cum bis in hoc versu occurrat, priore loco D et X ambo perfecto reddunt, altero D solus). Perfectum num apud sanctos scriptores vim aoristi interdum habeat, inter interpretes haud satis constat. Moulton (v. WM. p. 340) hos locos enumerat, quibus quin per

---

[1]) Memini virum doctissimum et palaeographiae peritissimum Ceriani celeberrimae bibliothecae Ambrosianae praefectum et ipsum decus amplissimum mihi dicere se quidem propter litterarum formam non dubitare, quin codex Vaticanus a Latino librario scriptus sit. Nec hoc dixit vir clarissimus, ut doctorum Anglorum, quorum editio tunc modo in lucem prodierat, sententiam confirmaret, sed quia ex longo tempore id ei persuasum erat.

[2]) Semel hoc ad hunc locum afferre Chrysostomum Tischendorf adnotat; quod dicit semel, eo significat alibi illum habere *εκδημουμεν*, ergo quid Chrysostomus hoc loco re vera legerit dubium est.

Digitized by Google

abusionem quandam perfectum adhibitum sit non sit dubium: Apoc 5, 7 *ηλθεν και ειληφεν* ibid. 8, 5 *ειληφεν ο αγγελος τον λιβανωτον και εγεμισεν αυτον* ibid. 7, 14 *ειρηκα αυτω . . . και ειπεν μοι.*[1]) Deinde II Cor 2, 13 *ουκ εσχηκα ανεσιν . . αλλα . . εξηλθον* ibid. 1, 8 et 9 *υπερ δυναμιν εβαρηθημεν . . αλλα αυτοι εν εαυτοισ το αποκριμα του θανατου εσχηκαμεν.* Animadvertendum est omnibus his locis formas adhibitas esse, quarum ipsa natura scriptores in errorem induxisse videatur. Quod vero in codice Graeco-Latino perfectum *βεβαπτικα* pro aoristo invenitur, hoc documento esse auctorem illius codicis Latinum fuisse ne momentum quidem temporis dubito affirmare.

Articulum noster saepe solus inter omnes aut omittit aut addit, id quod et ipsum hominem Latinum videtur indicare, qui cum parum sentiret, quae vis et ratio articuli esset, facile errare potuerit. Ita omisit articulum I Cor 11, 5 *ακαλυπτω κεφαλη* ceteri *α. τη κ.* ibid. 15, 10 *η χαρις αυτου εισ εμε* cet. *η εις εμε*; ibid. Eph 1, 15 *την αγαπην εις παντας τους αγιους* cet. *την εις.*[2]) Phil 3, 6 *διωκων εκκλησιαν* cet. *την ε.* Eph 4, 15 et Col 2, 10 *ος εστιν κεφαλη* cet. *η κ.*[3]) II Thess 1, 4 *εν πασιν τοις διωγμοις υμων και θλιψεσιν* cet. *ταισ θ.* I Cor 15, 32 *τι μοι οφελος* cet. *το ο.*[4]) II Cor 3, 13 *εις τελος του καταργουμενου* cet. *το τελος.* Rom 8, 32 et Eph 3, 9 *παντα* cet. *τα π.* (item Eph 1, 11, sed accedunt 109 Thdrt). Rom 15, 3 *χριστοσ* cet. *ο χ.* Rom 9, 14 *παρα θεω* cet. *τω θ.* I Cor 11, 23 *παρα(απο) κυριου* cet. *του κ.* II Cor 5, 18 *εκ θεου* cet. *του θ.* (accedit 119). *εις θανατον* cet. *τον θ.* (accedit k^scr). Addidit articulum his locis I Cor 14, 28 *εαν δε μη η ο ερμηνευτησ.* Rom 1, 18 *αδικιαν των ανθρωπων των . . . κατεχοντων* cet. om. *των* ante *ανθρωπων* (praeter 238). Eph 4, 12 *εισ εργον τησ διακονιασ* ibid. 6, 2 *εν τη επαγγελια.* I Cor 11, 23 *ελαβεν τον αρτον.* Eph. 1, 11 *κατα την προθεσιν.* Rom 4, 6 *ο δαυειδ* (item 46, g^scr). I Cor 14, 10 *εν τω κοσμω* (item duo Scriveneri, sed Tisch. non dicit, qui.)

Non solum grammaticam, sed ipsam rationem plus semel Z violavit. Praecipue participium falso casu adhibendo peccavit. Ita similitudine linguae Latinae, ut videtur, inductus, in qua et nominativus et accusativus in — es desinat, nominativum pro accusativo his locis posuit: Rom 6, 13 *παραστησατε εαυτους τω θεω ωσ εκ νεκρων ζωντεσ* pro *ζωντασ.* Phil 2, 3 *τη ταπεινοφροσυνη αλληλουσ ηγουμενοι υπερεχοντεσ εαυτων* pro *υπερεχοντασ.* Sed multo gravius aliis locis peccavit velut II Cor 4, 17 *το γαρ παραυτικα προσκαιρον και*[5]) *ελαφρον τησ θλιψεωσ ημων . . αιωνιον βαροσ δοξησ κατεργαζεται ημιν μη σκοπουντεσ τα βλεπομενα.* Ceteri *μη σκοπουντων ημων*. In Latino d habet *non respicientes* g *non contemplantes* post *in nobis.* Similiter in loco, de quo

---

[1]) Hoc quidem loco B aliique codices, quos tamen non nominat Tischendorf *ειπον* pro *ειρηκα* habent. Sed pro testium numero et auctoritate dubitari minime potest, quim auctor ipse perfectum posuerit.

[2]) Sunt huius quidem perpauca omissionis exempla in Novo Testamento. V. WM. p. 169, 2.

[3]) Falso priore loco Tischendorf Clementem Alexandrinum citat, qui articulum omiserit. Nam ille haec verba sic suis intermiscuit, ut articulum omitti necesse esset. Cf. Paedag. I § 18 *ὅσ ἐστι κεφαλὴ καὶ ἀνὴρ ὁ μόνος ἐν δικαιοσύνῃ τέλειος.* Immo ex eis quae deinceps sequuntur coniciendum est Clementem articulum legisse, cum dicat *τελειούμεθα τότε, ὅτε ἐσμὲν ἐκκλησία τὴν κεφαλὴν τὸν Χριστὸν ἀπειληφότες.*

[4]) Ne hoc quidem loco Tischendorf iure ad Clementem provocat. Nam ille hunc locum non ita reddidit ut in nostris codicibus scriptus est. Hi enim haec habent *εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος; εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.* Contra ille omissis verbis prioribus (quae cum non legisse persuasum habeo) '*τί μοι ὄφελος*', *λέγων*, '*εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν*'. (Strom. I, 59. Editiones male '*τί μοι ὄφελος;*' *λέγων*, '*οἱ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται*; e. q. sq.

[5]) Verba *προσκαιρον και* codices Graeci uno minusculo, 31, excepto omittunt.

Digitized by Google

infra agendum erit, (II Thess 1, 8) Z **διδουσ** *dans* pro **διδοντοσ** *dantis* habet. II Cor 1, 6 ceteri habent *εν υπομονη των αυτων παθηματων ων και ημεις πασχομεν*; Z ratione genitivi, ut videtur, non intellecta pro *ων* scripsit *ωσ*.

Res sane leviores, tamen et ad consensum codicum D et X et ad vim et naturam codicis Z illustrandam idoneas commemoravimus. Nec vir eruditione minime excellens, qui fuit scriptor codicis illius, traditorum verborum structuram nullo auctore sponte gravius mutare audere putandus est. Tamen paucis locis quaedam addidit, quorum quantum scio non sunt alii auctores: I Cor 9, 7 ad verba *ουκ εσθιει* addidit *και πινει*; II Cor 5, 19 verbis *τον λογον τησ καταλλαγησ* anteposuit *του ευαγγελιου*, quod ex loco simili, Eph 6, 18, videtur repetivisse; ibid. 7, 8 ad *εν τη επιστολη* addidit *μου*, cum sola peshito addat *πρωτη*, ceteri nihil.

III. Haec ex eis quae codicis Z propria sunt videbantur commemoranda esse. Iam ea examinanda sunt, quae cum aliis communia habet.

Librorum sacrorum memoria quantum pro regionibus terrarum variaret, inde a Bentlei temporibus quaeri et discerni coeptum esse notum est. Viri clarissimi Westcott et Hort, quos artem criticam, qualis in Novi Testamenti textu constituendo a Bentleio Griessbachio Lachmanno instituta est, incredibili diligentia eximio mentis acumine sano et probo iudicio ad summum perduxisse inter homines doctos constat, per tres potissimum quasi rivos textum sacrum diffusum esse statuunt: distinguendum enim esse dicunt textum Occidentalem Alexandrinum Syriacum. Textus occidentalis, quantum ad epistulas Paulinas attineat, auctores locupletissimos nec eos inter se nexos aut devinctos esse codices D et G.[1] Deridents viri cl. saeculi prioris criticos, qui quae textus occidentalis propria viderentur ad Latinum redegissent[2]. Longa est quaestio eaque a nostro proposito aliena, quanti sint momenti versiones Latinae ad textus Graeci varias formas recognoscendas. Nam nos quidem non quaerimus, qualem textum Graecum Latini secuti sint, sed num idem servatus sit codicibus D F G. Tamen, quae est ipsa rerum natura et quod facile quisque experientia sibi persuadere potest, universe affirmamus quo vetustiores fuerint interpretes eo maiorem eorum fuisse licentiam. Itaque siquid interest inter Latinos et Graecos, cavendum est, ne statim concludatur illos lectionem a nostra diversam reddidisse, praesertim cum non est rerum, sed verborum differentia, quae e diverso linguarum usu et ratione facile explicetur. Versionem autem codicum D et G cum aliis comparantes intellegimus Z non ipsum denuo epistulas Paulinas Latine vertisse, sed aliqua earum quae tum circumferebantur versionum usum esse. Jam vero cum Z id ageret, ut Graecum et Latinum quam maxime alterum alteri respondens in uno libro inter se iunctum ante oculos poneret — id quod ipso libri instituto quale adhuc cognoscitur satis probatur — id quidem aut eo effici poterat, ut Latinum ad Graecum aut eo ut Graecum ad Latinum referretur. Atque hoc quidem fieri non potuisse sane non esse cur confirmaremus iam intelleximus. Sed satis demonstrari potest esse quosdam locos e Latino rursus in Graecum versos. Nam erroribus interdum Z se implicavit quos e Latino natos esse facile intellegitur.

Gal 4, 25 Graecis codicibus sic traditur *το δε αγαρ σινα*[3] *ορoσ εστιν εν τη αραβια, συνστοιχει δε τη νυν ιερουσαλημ.* Latini sententias duas pronomine relativo inter se conexuere. Habent igitur d g *agar (sina g) enim mons est in arabia quae consonat huic (ei g) quae nunc est hie-*

---

[1] The new Testament in the Original Greek. Introduction. Cambridge and London p. 108 et 109; 131 et 149.
[2] Ibid. p. 120.
[3] Sic D cum A B aliis; contra *το γαρ σινα* omisso *αγαρ* G cum ℵ C aliis.

Digitized by Google

rusalem. Femininum *quae* in Latino ad *agar* referri potest — plerique rectius posuerunt masculinum ad *mons* relatum — sed idem omisso *δε* Graece expressum *συνστοιχουσα*, quod habet Z, (X praemisit *η* propter *quae* ut videtur) non habet quo spectet.

Simili errore Eph 6, 18 *εισ αυτον* pro *εισ αυτο* scriptum est. Graece locus sic se habet *προσευχομενοι εν παντι καιρω εν πνευματι και εισ αυτο αγρυπνουντεσ.* Quae sic Latine versa habent d g *orantes omni tempore (in o. t.* g*) in spu et in illo (in illum* g*) vigilantes.* Apparet interpretem Latinum intellexisse *in spu vigilantes*, quod verbum cum masculinum esset, masculine etiam *αὐτον* Z posuit.

Col 1, 21. 22 Graece sic leguntur *και υμασ ποτε οντασ απηλλοτριωμενουσ και εχθρουσ τη διανοια εν τοισ εργοισ τοισ πονηροισ, νυνι δε αποκατηλλαξεν εν τω σωματι τησ σαρκοσ αυτου δια του θανατου παραστησαι υμασ αγιουσ.* Latinorum nonnulli haec paulo liberius reddiderunt, quorum sunt d g, qui sic habent *et vos cum aliquando eratis alienati (essetis aliq. al.* g*) et inimici sensus eius (vestri* g, item G addidit *υμων) in operibus malis, nunc autem reconciliati in corpore carnis eius (eius* om g, item *αυτου* G*) per mortem exhibere vos sanctos.*

Ambrosiaster, qui locum similiter reddit, habet *vos quondam alienatos . . . nunc autem reconciliatos . . exhibere oportet*, g alteram lectionem addit *exhibete (exhibere* ✝ *exhibete).* Sed vix dubium esse potest, quin illa *(exhibere)* prior lectio sit. Quod si ita est, nulla quidem est verborum structura. Sed in hoc Z Graecum secutus est. Contra in Graeco verbum finitum in participium mutavit, quo verborum conexus item dissolvitur. Sed non posuit accusativum ut debuit, sed nominativum *(αποκαταλλαγεντεσ)*, qui quidem in Latino recte habetur.

Eodem loco aliud quoque mutavit. Latini enim plerique — non omnes — *τη διανοια* obiectum esse verbo *εχθρουσ* putabant, quasi dictum esset *vos aliquando consilio dei inimici fuistis.* Quo factum est, ut adderent *eius* nonnullique etiam dativum in genitivum mutarent. Sic d (v. supra), cum quo Z *τησ διανοιασ* scripsit, nullo tamen, ut videtur, verbo addito, nam quod in F G legitur *υμων* nihil habet auctoritatis.

Eph 6, 16 *(στητε) αναλαβοντεσ τον θυρεον τησ πιστεωσ, εν ω δυνησεσθε παντα τα βελη του πονηρου τα πεπυρωμενα σβεσαι.* Interpretes multi pro futuro coniunctivum praesentis recte quidem ad consuetudinem Romanorum posuerunt *(in quo possitis).* Quos secutus Z pro *δυνησεσθε* scripsit *δυνασθαι (= δυνασθε)*, quod ab hoc loco alienum esse elucet.

Phil 2, 26 *ηκουσατε οτι ησθενησεν.* Verbum *ακουειν* cum accusativo cum infinitivo bis in N. T. coniunctum invenitur: Jo 12, 18 *ηκουσαν τουτο αυτον πεποιηκεναι το σημειον.* I Cor 11, 18 *ακουω σχισματα εν υμιν υπαρχειν.* (Cf. WM. p. 436). Utriusque loci ratio a nostro diversa est atque altero loco cum nostro comparato clarius perspicitur, quid sit inter eos differentiae. Sequitur enim illic *και μεροσ τι πιστευω*, hic *και γαρ ησθενησεν παραπλησιον θανατω.* Igitur hoc loco agitur de eo, quod re vera fuerit, illo de eo, quod ab hominibus dicatur, sive verum sive falsum sit. Itaque cum hoc loco in Z scriptum sit *ηκουσατε αυτον ησθενηκέναι*, hoc more Latino dictum esse fatendum est. Mirum tamen est, cur non posuerit participium, quod in Latino haberet (d *audieratis illum infirmatum*, g *audistis illum* ✝ *eum infirmatum* ✝ *infirmari).* Infinitivum habet Ambrosiaster *(audieratis illum infirmatum fuisse).*

Gal 5, 14 *ο γαρ πασ νομοσ εν ενι λογω πεπληρωται εν τω · αγαπησεισ τον πλησιον σου ωσ σεαυτον.* Verba *εν τω*, quae ipsa non possunt Latine reddi, plerique interpretes neglexerunt; quo factum videtur esse, ut Z ea ne Graece quidem exprimeret.

Digitized by Google

I Cor 4, 5 εωσ αν ελθη ο κυριος, ος και [illegible] ... donec veniat dominus et illuminet [illegible] ... omnia occulta. Itaque Z pronom[illegible] ... omisit non animadvertens verba ελθη et [illegible] ... interpretem Latinum locum vitiose [illegible] ... posset. Contra ος per errorem librarii [illegible] ... Graeci sic habent αν εγενομην εγω [illegible] ... διακονοσ ος νυν χαιρω (qui nunc gaude[illegible]

Rom 5, 12. 11 καταλλαγεντες σωθησομεθα [illegible] ... desideratur (cf. WM p. 72[illegible]) ... non solum autem hoc, quos secuti [illegible]

Phil 4, 18 δεξαμενος παρα επαφροδιτου τα [illegible] ... dicta sunt. Itaque abundamus expl[illegible] ... quae a vobis missa sunt. Item [illegible]

[illegible] in N. T. neglecta copula praedicatum [illegible] ... quin sua sponte fecerint nemo dubitat [illegible] ... εστιν [2]) II Cor 3, 9 ει γαρ η [illegible] ... 2, 13 υμεισ μαρτυρεσ εστε. Similiter I [illegible] 6 ... Graecos plerosque locus sic legitur ο δ[illegible] ... Intercesserunt tamen quidam minus [illegible] ... ex Latinis d g Ambrst. Sed hi quid[illegible] ... testimonium temporibus suis datum [illegible]

[illegible] in positione verborum Z saepissime [illegible] ... Graeci sermonis satis observavit. Ita [illegible] 6 ... ille posuit ο αυτος δε item I Co[illegible] ... Cor 14, 7 pro εαν ... μη δω propter I[illegible]

Videntur haec ad propositum sufficere. [illegible] ... tam insigni consensu inter omnes eminent, ut alter [illegible] ... eandem originem ambo revocandi sint. [illegible] ... iam ipsa res satis videtur declarare: [illegible] ... Nam cum litteris Graecis vix imbutus esset, Graecum ut intellegeret quodam modo [illegible] ... mutabat. Quo factum est, ut vel in scribendo verba Graeca ad Latina pa[illegible] ... accommodaret. Alia aperte de industria [illegible] haud veritus est. Atque fuisse alios quoque [illegible] ... Latinam pluris quam Graecam aestimarent, scimus. [4]) Ita quae vel in D vel in X a [illegible] ... recesserint, iam certius iudicari poter[illegible]

Tamen non dico quaecumque Z cum Lat[illegible] communia, a Graecis codicibus [illegible] habeat,

[1]) Augustinus de civitate dei XXII, 29 sub finem [illegible] locis. Verba qua[illegible] ... esset add. εστιν ante ενωπιον.

[2]) [illegible] loci removere studebant etiam ℵ et [illegible] ... το μαρτυριον [illegible] ... το σωτ[illegible]

[4]) [illegible] Zahn, Geschichte des Kanons, 1888, p. 34.

Digitized by Google

rectius posuerunt masculi-
quod habet Z. (X prae-

Graece locus sic se habet
Quae sic Latine versa
Apparet
masculinum esset, masculine

ἐχθρούς τῇ
ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ
paulo liberius reddiderunt
(essetis aliq ai g) et in-
malis, nunc autem reconciliati in
eos sanctos.
nunc autem re-
(exhibere v exhibete). Sed vix
nulla quidem est verborum
verbum unitum in participium
accusativum ut debuit, sed nomi-

non omnes τῇ διανοίᾳ obiec-
consilio dei inimici fuistis.
mutarent. Sic d (v. supra),
addito, nam quod in F G legitur

ἐν ῷ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη
coniunctivum praesentis recte
Quos secutus Z pro δυνήσεσθε
esse elucet.

cum accusativo cum infinitivo bis in
τετελείωκεναι τὸ σημεῖον. 1 Cor 11, 18
Utriusque loci ratio a nostro diversa
quid sit inter eos differentiae. Se
καὶ παραπλήσιον θανάτῳ. Igitur hoc
hominibus dicatur, sive verum sive fal-
αὐτὸν ἠσθενηκέναι. hoc more Latino
participium, quod in Latino haberet
infirmatum v infirmari). Infinitivum

ἐν τῷ ἀγαπήσει τὸν πλησίον σου
reddi, plerique interpretes neglexerunt;
tuneret.

Digitized by Google

I Cor 4, 5 *εωσ αν ελθη ο κυριοσ, οσ και φωτισει τα κρυπτα.* Haec Augustinus et g sic versa habent *donec veniat dominus et illuminet [quae sunt] abscondita*[1]); d *usque cum venit dominus et inluminavit occulta.* Itaque Z pronomen relativum, quod in Latino non legebat, etiam in Graeco omisit non animadvertens verba *ελθη* et *φωτισει* inter se iungi non posse. Admodum probabile est interpretem Latinum locum vitiose scriptum invenisse, cum *οσ* post *κυριοσ* facillime intercidere posset. Contra *οσ* per errorem librarii iteratum Latinus aliquis legit Col 1, 23. 24, ubi ceteri codices Graeci sic habent *ου εγενομην εγω παυλοσ διακονοσ · νυν χαιρω* Z solus cum nonnullis Latinis *διακονοσ οσ νυν χαιρω* (*qui nunc gaudeo* d g Ambrst vg ; *qui* om. August).

Rom 5, 10. 11 *καταλλαγεντεσ σωθησομεθα . . , ου μονον δε, αλλα και καυχωμενοι.* Graecis hoc loco nihil desiderabatur (cf. WM. p. 729); Latinorum nonnulli lacunam expleverunt velut Z g Ambrst *non solum autem hoc*, quos secutus Z scripsit *ου μονον δε τουτο.*

Phil 4, 18 *δεξαμενοσ παρα επαφροδιτου τα παρ υμων.* Haec Graece cum brevissime tum satis dilucide dicta sunt, Latine abundantius exprimenda erant. Itaque d g sic habent *accipiens ab epaphrodito ea quae a vobis missa sunt.* Item X *τα παρ υμων πεμφθεντα*, D *το παρ υμων πενφθεν.*

Saepe in N. T. neglecta copula praedicatum nudum ponitur, ubi Latini sententiam pleniorem reddunt, quod quin sua sponte fecerint nemo dubitabit. Latinos imitatus Z addidit *εστιν* I Cor 14, 10 *ουδεν αφωνον εστιν*[2]) II Cor 3, 9 *ει γαρ τη διακονια τησ κατακρισεωσ δοξα εστιν. εστε* I Thess 2, 10 *υμεισ μαρτυρεσ εστε.* Similiter I Tim 2, 6 *εδοθη* in Z secundum Latinos additum est; apud Graecos plerosque locus sic legitur *ο δουσ εαυτον αντιλυτρον υπερ παντων, το μαρτυριον καιροισ ιδιοισ.* Interiecerunt tamen quidam minusculi Graeci *ου* inter *παντων* et *το*, quod idem expresserunt ex Latinis d g Ambrst. Sed hi quidem addiderunt etiam *datum est* sic totum locum scribentes *cuius testimonium temporibus suis datum est.* Item Z *ου το μ. κ. ι. εδοθη.*[3])

Denique in positione verborum Z saepissime a Graecis recedit, cum Latinis congruit. Nec in hac re usum Graeci sermonis satis observavit. Ita cum Latini I Cor 12, 6 verba *ο δε αυτοσ* vertissent *idem vero*, ille posuit *ο αυτοσ δε;* item I Cor 14, 33 *ει τι δε (siquid autem)* pro *ει δε τι.* Etiam I Cor 14, 7 pro *εαν . . . μη δω* propter Latinum *nisi εαν μη . . . δω* videtur scripsisse.

IV. Videntur haec ad propositum sufficere. Nam vix videtur dubitari posse, quin codices D et X, qui tam insigni consensu inter omnes emineant, aut alter ex altero manaverint aut ad communem quandam originem ambo revocandi sint. Deinde quisquis fuit qui hanc editionem paravit, qualis fuerit iam ipsa res satis videtur declarare: nempe hominem Latinum suoque muneri minime parem. Nam cum litteris Graecis vix imbutus esset, Graecum ut intellegeret quodam modo in Latinum cogitatione mutabat. Quo factum est, ut vel in scribendo verba Graeca ad Latina paene insciens accommodaret. Alia aperte de industria mutare haud veritus est. Atque fuisse alios quoque, qui memoriam Latinam pluris quam Graecam aestimarent, scimus.[4]) Ita quae vel in D vel in X a pristina forma recesserint, iam certius iudicari poterit.

V. Tamen non dico quaecumque Z cum Latinis communia, a Graecis codicibus diversa habeat,

---

[1]) Augustinus de civitate dei XXII, 29 sub finem aliisque locis. Verba quae sunt Aug. omisit.

[2]) Unus cser add *εστιν* ante *αφωνον.*

[3]) Difficultatem loci removere studebant etiam ℵ et A, hic omittendo *το μαρτυριον*, ille pro articulo *το* subiciendo *και.*

[4]) V. Zahn, Geschichte des Kanons, 1888, p. 34.

Digitized by Google

a Graeco ab eo ad Latinum revocata esse. Nam multa etiam in Graecis codicibus ad Latinum aptius expressa esse potuerunt. Tantum dico textus occidentalis ut Graeci illum auctorem parum locupletem esse. Nec quamvis fides eius parva sit negaverim eum peculiarem quendam textum Graecum nec eum ex Latino interpolatum adhibuisse. Habet enim, quae quamquam aliis codicibus tradita non sunt ipse certe non mutavit, sed in codice invenit. Id quod inprimis extremis duobus capitibus epistulae ad Romanos probatur. De illis acerrimam inter homines doctos esse contentionem notum est. Ego in priore huius dissertationis parte (p. 21 adn. 2) docuisse mihi videor fuisse Latinos codices, quibus Rom 15, 14—16, 24 abessent. Gravissimum mihi videtur, quod lectio eorum multo plus variat quam ceterarum epistulae partium, ut eis, quae postea in libros invehuntur, accidere solet. Quam in rem multum valet codicum D et X testimonium, quamquam ne ab aliis quidem eiusdem memoriae vestigia plane absunt. Nam inde a 15, 14 plurimum illi a ceteris differunt. Itaque ad rem illustrandam Rom 15, 14—16, 24 iam ita percensebo, ut quae codici Z aut soli propria aut cum paucis communia sunt exhibeam.

Rom XV, 14 *Πεπεισμαι δε, αδελφοι μου, και αυτοσ εγω περι υμων, οτι και αυτοι μεστοι εστε αγαθωσυνησ, πεπληρωμενοι πασησ τησ γνωσεωσ, δυναμενοι και αλληλουσ νουθετειν.*] *πεπισμαι δε και αυτοσ εγω περι υμων αδελφοι οτι μεστοι εστε αγαθοσυνησ* [*αγαπησ*] *και πεπληρωμενοι πασησ γνωσεωσ αλληλουσ δυναμενοι νουθετειν* Z. [1])

v. 16 *εισ το ειναι*] *εισ το γενεσθαι* Z.

v. 18 *λαλειν*] *ειπειν* Z.

v. 19 *εν δυναμει σημειων*] *εν δυναμει αυτου σημειων* Z d f g m.

— *ωστε με απο ιερουσαλημ και κυκλω μεχρι του ιλλυρικου πεπληρωκεναι το ευαγγελιον του χριστου.*] *ωστε πεπληρωσθαι απο ιερουσαλημ μεχρι του ιλλυρικου και κυκλω το ευαγγελιον του χριστου* Z d g.

v. 20 *ουτωσ δε φιλοτιμουμενον ευαγγελιζεσθαι ουχ οπου ωνομασθη χριστοσ*] *ουτωσ δε φιλοτιμουμαι ευ. οπου ουκ ω. ο χρ.* Z. [2])

v. 22 *διο και ενεκοπτομην τα πολλα*] *διο και ενεκοπην πολλακισ* Z. [3])

v. 25 *πορευομαι ... διακονων τοισ αγιοισ*] *π. ... διακονησαι τ. α.* Z d f g vg Or^int Ambrst.

v. 26 *των αγιων των εν ιερουσαλημ*] *των εν ιερουσαλημ αγιων* Z d g,

v. 27 *ευδοκησαν γαρ και οφειλεται εισιν αυτων*] *οφειλεται (γαρ) εισιν αυτων* Z d f g m. [4])

v. 29 *εν πληρωματι ευλογιασ*] *εν πληροφορια ευλογιασ* Z.

v. 31 *η διακονια μου η εισ ιερουσαλημ*] *η δωροφορια μου η εν ιερ.* Z B d Ambrst. [5])

v. 32 *δια θεληματοσ θεου*] *δια θ. χριστου ιησου* Z d f g fu *δια θ. ιησ. χρ.* א Ambrst. *δια θ. κυριου ιησ.* B.

— *ινα συναναπαυσωμαι υμιν*] *ινα αναψυξω μεθ υμων* Z d f g vg Ambrst.

v. 33 *ο δε θεοσ τησ ειρηνησ μετα παντων υμων*] *ητω* addidit Z d f g vg Or^int Ambrst.

---

[1]) *μου* om d f g m Ambrst Thdrt *αδελφοι* transposuere d f g pesh Thdrt. *και αυτοι* om d f g m Chr (sed codices Chrysostomi non inter se consentiunt) *αγαπησ* X d f g m vg Ambrst *και* ante *πεπλ.* d f g pesh. *τησ* AC alii *αλληλ. δυναμ.* d f g m.

[2]) *φιλοτιμουμαι* item B P f g (liberius d vg Or^int Ambrst) *οπου ουκ* f g. Chrysostomus sic in commentario: *ουδε γαρ ειπεν · οπου ουκ επιστευσαν, αλλ οπου ουδε ωνομασθη ο χριστοσ.* *ο χριστοσ* item 219.

[3]) *πολλακισ* item B.

[4]) *γαρ* om D. *αυτων εισιν* X f g.

[5]) *εν* pro *εισ* etiam 213; item, omisso *η*, 66.

Digitized by Google

XVI, 1 *συνιστημι δε*] *δε* om Z d f g arm aeth Sedul.

v. 2 *και γαρ αυτη προστατισ πολλων εγενηθη και εμου αυτου*] *και γαρ αυτη και εμου και αλλων προστατισ* [*παραστατισ*] *εγενετο* Z d g.

v. 3—5 *ασπασασθε πρισκαν και ακυλαν τουσ συνεργουσ μου εν χριστω ιησου, οιτινεσ — των εθνων. και την κατ οικον αυτων εκκλησιαν*] *ασπασασθε — ιησου και την κατ οικον αυτων εκκλησιαν. οιτινεσ* q. sqq. Z d f g.

v. 5 *εισ χριστον*] *εν χριστω* Z d f g vg Orint minusculi Graeci quos Tisch. non nominat.

v, 6 *εκοπιασεν εισ υμασ*] *ε. εν υμιν* Z d g vg Ambrst Orint.

v. 7 *εν τοισ αποστολοισ. οι και προ εμου γεγοναν εν χριστω*] *εν τοισ αποστολοισ τοισ προ εμου εν χριστω ιησου* Z. [1])

v. 17 *παρακαλω δε υμασ, αδελφοι, σκοπειν*] *ερωτω* [*παρακαλω*] *δε υμασ αδελφοι, ασφαλωσ σκοπειτε* Z d f g m auctsing cl [2])

— *ποιουντασ*] *λεγοντασ η ποιουντασ* Z iidemque.

v. 19 *υμων υπακοη*] *υπακοη υμων* Z f g m Ambrst.

Verba *ασπαζονται υμασ αι εκκλησιαι πασαι του χριστου*, quae in ceteris codicibus post verba *ασπασασθε αλληλουσ εν φιληματι αγιω* (v. 16) posita sunt Z d f g illo quidem loco omiserunt, contra post verba *ασπαζεται υμασ τιμοθεοσ ο συνεργοσ μου και λουκιοσ και ιασων και σωσιπατροσ οι συγγενεισ μου* (v. 21) addiderunt *και αι εκκλησιαι πασαι του χριστου*.

Verba *η χαρις του κυριου ημων (ιησου χριστου) μετα παντων υμων αμην* iidem e v. 20 post v. 23 transposuerunt. Multi quidem haec eodem loco habent, sed retentis in v. 20 verbis *η χαρις του κυριου ημων ιησου χριστου μεθ υμων;* alii post doxologiam posuerunt. Verba *ιησου χριστου* omiserunt F G f g.

VI. Quoniam textus Graeci recensio (si qua dici potest) paucis adumbrata est, quaerendum videtur, ubi et quando instituta sit. Atque primum statuendum est ante Chrysostomi aetatem (obiit a. 407) hanc editionem vix posse paratam esse. Nam eo tempore textum sacrum sic fere recensitum esse, qualis deinde ab ecclesia receptus est, Westcott et Hort docuerunt (Introduction, p. 91). Cum Chrysostomo autem Z permultis locis contra antiquiores testes consentit.

1. Post a. 458 (per errorem dixit a. 462) codicem D scriptum esse necessario existimandum esse putavit Tischendorf (Cod. Claromontanus, prolegom. p. XIV), cum eo tempore Euthalius quidam primus omnium scripturam stichometricam quam vocant eamque per cola et commata distinctam ad epistulas Paulinas adhibuisset.

De Euthalio longa est quaestio nec ea ita ut par erat mea quidem sententia explicata. Dicam cur ego in eis quae vulgo feruntur acquiescere non possim.

Opinionis quae est de Euthalio auctorem Zacagnium, primum illius editorem, [3]) versus quorum numerum Euthalius singulis libris subscripsit, eosdem esse atque eos, in quos ille libros per cola et commata divisisset, putavisse apparet. Sed versus illos cum illa quae fingitur Euthalii divisione nec consentire nec omnino ab eo primo constitutos esse post Carolum Graux satis constat. [4])

---

[1]) *και* non expresserunt d g Ambrst, iidem addiderunt i e s u.

[2]) *ερωτω* D *παρακαλω* X.

[3]) Collectanea monumentorum veterum ecclesiae Graecae ac Latinae, ed. L. A. Zacagnius Romae 1698, p. 401 sqq. (Migne, patrol. Graeca t. LXXXV).

[4]) Cf. Charles Graux, Nouvelles recherches sur la stichométrie. Revue de philologie, t. II p. 97 sqq.

Digitized by Google

Tamen nec ipse Graux nec alii viri docti sententiam de Euthalio mutaverunt. [1]) Euthalius quid fecerit, cum epistulas Paulinas describere iussus esset, in subscriptione capitulationis lectionum epistularum Paulinarum diserte dicit: *διεῖλον τὰς ἀναγνώσεις καὶ ἐστίχισα πᾶσαν τὴν ἀποστολικὴν βίβλον ἀκριβῶς κατὰ πεντήκοντα στίχους καὶ τὰ κεφάλαια ἑκάστης ἀναγνώσεως παρέθηκα καὶ τὰς ἐν αὐτῇ φερομένας μαρτυρίας. ἔτι δὲ καὶ ὅσων στίχων ἡ ἀνάγνωσις τυγχάνει.* (Zacagnius, p. 541) Ergo lectiones distinxit, versum quinquagesimum quemque notavit, capita et testimonia (i. e. ea quae apostolus ex aliis libris praecipue Veteris Testamenti affert) lectionibus adscripsit itemque versuum cuique lectioni numerum apposuit. De textus in cola et commata divisione ne verbum quidem. Nec in prologo qui est in editionem epistularum Paulin. versibus quibus membra et incisa orationis, quae Cicero vocat, exprimerentur, eas se descripsisse dicit. Deinde, quod maxime me movet, ne ipsi quidem codices qui supersunt Euthalii per cola et commata scripti sunt. Dicit enim Zacagnius in codice Reginensi bibliothecae Vaticanae, quem potissimum sequitur, versuum distinctiones punctis in superiore lineae parte collocatis indicari (v. Praefatio, p. LXXXVII). Eodem igitur modo ille interpunctus est, quo multi alii codices.

Tum vero, si Euthalius numeros tradidit, quibus cum sua editione nihil erat necessitudinis, quomodo factum est, ut et lectionum quarum divisionem suum esse inventum dicit [2]) versuum cuiusque summam ita subduceret, ut totius cuiusque epistulae versuum numero responderet? Velut epistulam ad Romanos in quinque divisit lectiones, quarum primae CCXLII secundae CCXL tertiae CLXXXV quartae CXXV quintae CXXV dicit esse versus, quorum si summam facies cum fere numerum assequeris, quem totius epistulae versuum Euthalius dicit DCCCCXX.

Quid quod ipse Carolus Graux dicit in codice Reginensi, in quo per totum librum quinquageni versus in margine numerentur, secundum hanc ipsam rationem in fine libri actorum ad numerum 2556 perveniri, qui est ipse versuum numerus, quem Euthalius in elencho lectionum totius libri actorum esse dicit? Haec aut ego non intellego aut versus codicum Euthalianorum non secundum sensum, sed secundum syllabarum numerum divisi erant.

Videtur Z. loco quodam Hesychii Hierosolymitani, quem VI. vel VII. s. floruisse dicunt, in errorem inductus esse, quem locum ex libro qui inscribitur *στιχηρὸν τῶν δώδεκα προφητῶν* Latine affert: *Libros prophetarum maioris perspicuitatis causa per versuum cola dividere, vetus inventum est sanctorum patrum. Nam initio sine ulla distinctione legebantur; postea vero viri docti et sacrarum litterarum studiosi maioris, ut dixi, perspicuitatis gratia huiusmodi versuum distinctionem excogitarunt. Ita prophetarum libri ab illis editi sunt; sic Davidis psalmi; sic proverbia et ecclesiastes et canticum canticorum; sic liber Iobi per versus distinctus reperitur. Sed et librum apostolicum hoc modo ab aliquibus descriptum inveni.* (V. Praefatio, p. LXVII) Haec igitur Z. ad Euthalium rettulit. Sed ille neminem nominavit. Deinde inprimis de Veteris Testamenti libris, quibus Euthalius, quantum scimus, nunquam operam dedit, verba facit; librum apostolicum, i. e. epistulas Pauli, ultimo loco memorat. Sed Euthalius ipse in praefatione in acta apostolorum, quae statim post epistulas Pauli una cum epistulis catholicis edidit, et huius et superioris operis institutum fusius exponit. Nec duas editiones inter se diversas fuisse, ex eo perspicitur,

[1]) Cf. praeter ceteros, Gregory, prolegom. in N. T. Graece p. 153 sqq.

[2]) *Τὴν τῶν ἀναγνώσεων ἀκριβεστάτην τομὴν τήν τε τῶν θείων μαρτυριῶν εὐαπόδεκτον εὕρεσιν ἡμεῖς τεχνολογήσαντες ἀνεκεφαλαιωσάμεθα.* Zac. p. 529.

Digitized by Google

quod subscriptioni epistularum Pauli, quam modo attulimus, huius subscriptiones ad verbum respondent, nisi quod verba *καὶ ἐστίχισα . . . ἀκριβῶς κατὰ πεντήκοντα στίχους* omissa sunt. Dicit igitur in praefatione in acta se librum apostolicum vel epistulas Pauli *στοιχιδὸν*[1]) *ἀναγνῶναί τε καὶ γράψαι* (p. 404) et item in praefatione in epistulas catholicas *ἐγὼ δέ τοι στιχηδὸν τὰς καθολικὰς καθ' ἑξῆς ἐπιστολὰς ἀναγνώσομαι* (p. 477). Verbum *ἀναγιγνώσκειν* certe nihil aliud significat quam quod in subscriptionibus librorum Latinorum invenitur *legere*, i. e. codicem *emendare*. Cum igitur dicit se codicem per singulos versus accurate scripsisse et legisse, affirmat se codicem quam emendatissimum exhibuisse. Qui ergo fuit nisi simplex librarius vel diorthotes, qui librum, quem vel ipse scripserat vel scribendum curaverat quam maxime posset omnibus numeris perfectum exhibere studuit cum aliis codicibus, si qui aderant, conferendo, menda tollendo, lectiones, capita, accentus, versuum numerum, fortasse etiam aliquam interpunctionem addendo? Cur enim non solum epistularum, sed etiam prologorum, capitulationum, denique omnium, quaecumque ad epistulas et acta ipse addidit, versuum numerum adnotavit, nisi quod nummi, quos accepturus erat, ad numerum versuum referebantur?

Sed verba Euthalii plenius exhibebo quam adhuc feci, ne quid praterisse videar, quod meae opinioni obstet. Leguntur igitur in prologo actuum apostolorum, quos eadem ratione atque epistulas Pauli illum edidisse intelleximus, haec: *Ἔναγχος ἐμοί γε τήν τε τῶν πράξεων βίβλον ἅμα καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν ἀναγνῶναί τε κατὰ προσῳδίαν καί πως ἀνακεφαλαιώσασθαι καὶ διελεῖν τούτων ἑκάστης τὸν νοῦν λεπτομερῶς προσέταξας, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε προσφιλέστατε, καὶ τοῦτο ἀόκνως ἐγὼ καὶ προθύμως πεποιηκὼς στοιχηδόν τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ συμμετρίαν πρὸς εὔσημον ἀνάγνωσιν διεπεμψάμην ἐν βραχεῖ τὰ ἕκαστά σοι (καὶ)*[2]) *κατ' ἀκολουθίαν ἐκθέμενος ὀλιγοστὴν ἀνακεφαλαίωσιν* (p. 409).

Quaeritur cum dicat se iussum esse *πῶς ἀνακεφαλαιώσασθαι καὶ διελεῖν τούτων* (i. e. *τῶν καθολικῶν ἐπιστολῶν) ἑκάστης τὸν νοῦν λεπτομερῶς*, num duas res an eandem significet, deinde quomodo ea quam vocat *τὴν ἑαυτοῦ συμμετρίαν* effecta sit. Quod librum quemque in capita divisit, eo sane et sensum cuiusque quodam modo distinxit et faciliorem quemque ad intellegendum reddidit. Nec nisi dixisset se *στοιχηδὸν* textum composuisse, in cola et commata ille libros divisisse putaretur. Cum vero de sua divisione iterum atque iterum agat, non debet alias aliam dicere putari. Atque editionis suae epistularum Paulinarum consilium bis exposuit. Nam cum acta apostolorum et epistulas canonicas uno libro inter se iuncta ad Athanasium quendam mitteret, prioris operis, quod patri cuidam quem non nominat paraverat, mentionem fecit. Sed hoc interest inter hunc locum et praefationem in ipsam editionem epistularum Paulinarum, quod cum in hac vix ullum meritum vindicasset postea omne sibi adsumpsit. Nam audacter affirmat se viam desertam nullisque vestigiis insignitam inisse: *Πρῶτον δὴ οὖν ἔγωγε τὴν ἀποστολικὴν βίβλον στοιχιδὸν ἀναγνούς τε καὶ γράψας πρώην διεπεμψάμην πρός τινα τῶν ἐν χριστῷ πατέρων ἡμῶν μετρίως πεποιημένην ἐμοί, οἷά τις πῶλος ἀβαδὴς ἢ νέος ἀμαθὴς ἐρήμην ὁδὸν καὶ ἀτριβῆ ἰέναι προστεταγμένος. Οὐδένα γάρ που τῶν, ὅσοι τὸν θεῖον ἐπρεσβεύσαντο λόγον, εἰς δεῦρο διέγνων περὶ τοῦτο τῆς γραφῆς*

---

[1]) Codices variis locis inter *στοιχηδόν, στιχηδόν, στοιχιδόν* fluctuant. Ubique eandem vocem ex itacismo varie scriptam agnoscendam esse apparet. Fortasse iam ipse Euthalius in scribendo non sibi constabat. Ego ubique cum Zacagnio scribo.

[2]) *καί* nonnulli codices omiserunt.

2*

Digitized by Google

ταύτης εἰς σπουδὴν πεποιημένον τὸ σχῆμα. Οὐδὲ γὰρ ἀνὴρ αὐθάδης οὕτως οὐδὲ τολμηρὸς ἦν ὡς τοὺς ἑτέρους εὖ μάλα πεποιημένους πόνους αὐτὸς ἀφειδῶς καθυβρίζειν μετρίαις ταῖς τῆς ὀλιγομαθοῦς ἡμῶν ἀναγνώσεως τομαῖς (p. 404, 5).

Quae vero essent illae mediocres sectiones, altero loco accuratius exposuerat: Καθ' ἑκάστην δὲ συντόμως ἐπιστολὴν ἐν τοῖς ἑξῆς προτάξομεν τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν ἑνὶ τῶν σοφωτάτων τινὶ καὶ φιλοχρίστῳ πατέρων ἡμῶν πεπονημένην, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀναγνώσεων ἀκριβεστάτην τομὴν τήν τε τῶν θείων μαρτυριῶν εὐαπόδεκτον εὕρεσιν ἡμεῖς τεχνολογήσαντες ἀνεκεφαλαιωσάμεθα ἐπιπορευόμενοι τῇ τῆς ὑφῆς ἀναγνώσει (p. 528, 529).

Dicit igitur hoc loco opus alius cuiusdam viri, cuius nomen tacet, se imitatum esse et complevisse.[1]) Cum ille epistulas in capita divisisset, se lectiones quoque distinxisse. Atque singulas lectiones modo ex uno modo ex pluribus capitibus composuit, ut capita lectionum quasi quaedam subdivisiones essent. Id igitur novum erat, quod ille excogitavit; hoc vero a minutissimis orationis partibus distinguendis longe distat. Cum vero lectionis cuiusque versuum summam subduceret et adnotaret, textus divisionem ad versuum rationem quodam modo rettulit. Itaque textum in capita et lectiones divisum per stichos se composuisse dicere potuit.

2. Sed video rem quae gravissima videatur mihi obiectum iri. Est enim unus quidam codex epistularum Paulinarum littera H insignitus, cuius quamquam vix decima pars superest, tamen singularem quandam necessitudinem inter eum et Euthalium intercedere apparet. Quae eo tempore nota erant fragmenta Montfauconius in bibliotheca Coisliniana sub n. 202, quae ad hunc diem reperta sunt nuperrime omnia Henricus Omont diligentissime edidit.[2]) Inter ea sunt fragmenta capitum elenchi epistulae ad Galatas, ad Hebraeos ad Titum, tum epistulae Iae ad Timotheum tota capitulatio. Haec omnia cum Euthalio consentiunt, item epistularum ad Hebr. et ad Titum subscriptiones cum versuum numero. Denique, quod gravissimum est, exstat librarii subscriptio ipsis paene verbis Euthalii composita. Atque hic quidem liber versibus descriptus est. Itaque verissima argumentatione effici videtur et Euthalium versus secundum sensum distinxisse et ab eis versus codicis D derivatos esse. Sed paulo accuratius rem examinemus. Primum quod capita eadem in H et apud Euthalium deprehenduntur, hoc quidem per se non multum valet. Nam ea nec Euthalius ipse invenerat et fiebat, ut ab alia in aliam editionem migrarent. Tamen dubitari non potest, quin scriptor codicis H ipsos codices Euthalianos noverit, si subscriptio eius cum verbis Euthalii confertur.

Subscriptio codicis H.	Euthalius in Acta et Epistulas canonicas.
Ἔγραψα καὶ ἐξεθέμην κατὰ δύναμιν στειχηρὸν τόδε τὸ τεῦχος Παύλου τοῦ ἀποστόλου πρὸς ἔγγραμμον καὶ εὐκατάλημπτον ἀνάγνωσιν τῶν καθ' ἡμᾶς ἀδελφῶν·	. . στοιχηδόν τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ συμμετρίαν πρὸς εὔσημον ἀνάγνωσιν.[3])

[1]) Non meum nunc est libros Euthalii ad originem suam revocare. Sed est sane operae pretium nec mirari non possum tam obiter rem tractavisse, quorum penitus rem cognoscere maxime interesse debebat; qui ne id quidem quaesiverunt, quantum Euthalius deberet illi quem ipse auctorem profitetur, a quo totus paene pendet, nec viderunt huius opus et apud Oecumenium et in codicibus fidelius quam ab Euthalio servatum esse.

[2]) Notice sur un très ancien manuscrit grec en onciales des épîtres de Saint Paul. Extrait des notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale t. XXXIII, 1.

[3]) Editio actorum, prologus p. 409.

Digitized by Google

παρ' ὧν ἁπάντων τόλμης συγγνώμην αἰτῶ εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἐμῶν τὴν συνπεριφορὰν κομιζόμενος ·	*. . αἰτοῦντες συγγνώμην προπετείας ἡμεῖς . . . παρ' ὑμῶν ἑκάστου τῶν ἀναγινωσκόντων εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενοι.* [2])
ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν Καισαρίᾳ ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου χειρὶ γεγραμμένον.	*Ἀντεβλήθη δὲ τῶν πράξεων καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν τὸ βιβλίον πρὸς τὰ ἀκριβῆ ἀντίγραφα τῆς ἐν Καισαρείᾳ βιβλιοθήκης Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.* [3])

Sed animadvertendum est verba Euthalii scriptorem codicis H ex editione eius actorum collegisse. Itaque minime ille curavit, quo sensu ea dicta essent, sed ad suum propositum ea convertit, ut suum librum legentibus magis commendaret. Nec hunc ut apographum codicis Euthaliani sed ut novum librum suo consilio instructum et paratum vendidit. Itaque, quod ex libris Euthalii quaedam in suum codicem transtulit, non iam sequitur, ut totum codicem Euthalii descripserit. Nec hoc eum fecisse etiam eo probatur, quod in ipso contextu sat multis locis ab Euthalio discrepat. Id vero saepissime accidit, ut librarii varios libros in unum conflarent.

3. Si recte de Euthalio exposui, nullam apparet ab eo deduci posse rationem qua definiatur, quo tempore ille de quo nobis est quaestio liber scriptus sit. Sed ut opinione fallar, vix minus certum est nostrum ex Euthalio non pendere. Nam abest ab eo totus quo suam ille editionem instruxit apparatus lectionum, capitum, testimoniorum, versuum nec multum in lectione hic cum illo congruit. Taceo gravissimam eorum de epistula ad Hebraeos dissensionem, qua de re postea agendum erit. Quae tanta inter eos discrepantia certe non esset, si ullam habuissent apud nostrum codices Euthaliani auctoritatem vel omnino cogniti ei fuissent.

4. Ceterum illa scribendi ratione, qua membra orationis versibus distinguuntur, nihil aliud effici quam quod interpunctione apparet. Iam vero dubitari non potest, quin iam ante Euthalium exstiterint codices interpunctione distincti, qua quidem volgares codices carebant. Animadvertimus enim Chrysostomum aliosque per occasionem praecepta de interpunctione dare. [3]) Altera vero illa ratio, qua singula quaeque magis perspicua eminent, inprimis legentibus in ecclesia commoda erat. Apud Graecos primus ut videtur Origenes psalmos per cola et commata scripsit, apud Latinos Hieronymus prophetas (cf. Graux p. 125). Sed tamquam novum aliquid hic quidem in prologo id adnuntiat monetque legentes, ne quis cum prophetas versibus descriptos viderit, metro illos se astrinxisse credat: quod in Tullio et Demosthene fieri soleret, id se quoque in his fecisse. Cum vero et evangelia in antiquioribus codicibus Latinis et in codice Amiatino omnes et Veteris et Novi Testamenti libri versibus divisi sint, verisimile est Vulgatam Latinam a principio sic scriptam fuisse. Tamen Hieronymus Novum quidem Testamentum versibus non distinxit. Nam priusquam psalmos ex Hebraico in Latinum vertit, iam illud ediderat [4]). Nec vero potuit in prologo posterioris editionis hoc

[1]) Ibid. elenchus capitum p. 428.

[2]) Subscriptio editionis actorum et epistularum canonicarum p. 513.

[3]) Cf. Chrysostomum in catena apud Tischendorf in I Cor 7, 17: *ἕως τοῦ εἰ μὴ στίξον τελείαν, ἵνα ᾖ οὕτως. ἢ τί οἶδας ἄνερ εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις ἢ μή; . . . οὕτως ὁ ἐν ἁγίοις Σευηριανὸς ἔστιξεν · ἄλλως γὰρ ἐὰν στίξῃς καὶ ἀσυνάρτητος εὑρίσκεται ἡ σύνταξις.*

[4]) Psalmos inter a. 390 et 393 transtulit, Novum Testamentum a. 383 edidit. Cf. Kaulen, Geschichte der Vulgata p. 168 et 157, 158.

Digitized by Google

genus scribendi tamquam novum aliquod legentibus commendare, si iam in Novo Testamento id adhibuisset. Quod idem valet in eos Veteris Testamenti libros quos ante psalmos ex Hebraico vertit. Nam hoc expressis verbis statuendum est, quia Cassiodorius omnium librorum sacrorum distinctionem ad Hieronymum refert. Dicit enim: *Meminisse autem debemus memoratum Hieronymum omnem translationem suam in auctoritate divina, sicut ipse testatur, propter simplicitatem fratrum colis et commatibus ordinasse; ut qui distinctiones saecularium litterarum comprehendere minime potuerunt inculpabiliter pronuntiarent sacratissimas lectiones.* (De institutione divinarum litter. c. 12 Migne LXX, col. 1124 C). Similia ante in praefatione dicit (col. 1109 B C). Sed cum hoc loco ad ipsam Hieronymi praefationem Prophetarum provocet, ostendit se verba Hieronymi non intellexisse, qui cum diceret se interpretationem novam novo scribendi genere distinxisse psalmorum interpretationem non totius Veteris Testamenti significavit. Sed dignum est commemoratu, quod Cassiodorius codicem quendam Veteris Novique Testamenti ex translatione Hieronymi colis et commatibus ordinatum habuit. Nam codicis huius, quem Cassiodorius cum aliis describendum curavit, verbis quae supra attulimus concludit ille expositionem.

Quod igitur genus scribendi ab Hieronymo ad certos quosdam libros adhibitum est, id non multo post ad omnes transiit. Nam iam Augustinus certe epistulas Pauli, in quas quando illud translatum sit maxime nostra interest cognoscere, per cola et commata scriptas videtur legisse. De Doctrina enim Christiana IV, 6 exponit auctores sacros non minus eloquentes esse quam gentilium, in quibus id quoque laudat, quod ne illud quidem decus eis desit, quod post aliqua membra et caesa, quae a Graecis **κῶλα** et **κόμματα** vocentur, ambitus sive circumitus sequatur. Deinde in loco quodam Paulino (II Cor 11, 16—30) circumitus, membra, caesa accurate distinguit. Tum alterum exemplum ex Amos propheta affert nec vero ut solet antiqua versione secundum Septuaginta, sed Hieronymi ex Hebraico adhibita. Hieronymum autem prophetas ex Hebraico translatos versibus distinxisse modo diximus. Apparet igitur, cur illa Augustino hoc loco commodior fuerit, quapropter mihi quidem probabile videtur eum codicem quoque epistularum Paulinarum similiter scriptum habuisse.

Atque egregie haec nostra de Augustino opinio confirmari videtur libro illo, quem Speculum Augustinus inscribi voluit, in quem quae ad vitam piam exercendam moresque pertinerent e scripturis sanctis collecta congessit. In quo qui ex libris sacris afferuntur loci eos ex codice stichis distincto repetitos esse apertissimum est. Nam cum singulos libros ex ordine percenseret, locum loco sic adiunxit, ut intericeret vel *post paululum* vel *alio loco* vel *post paucos versus* vel etiam ipsum numerum versuum qui inter duos locos interessent indicaret. Ex quo facile cognoscimus illum non versus ex certo quodam syllabarum numero compositos, sed verborum quodam complexu terminatos intellexisse. Velut comperimus inter II Cor 4, 13 et 16 VI versus interesse, inter 8, 21 et 9, 1 VIIII, inter 12, 10 et 14 XI [1]), inter quos quomodo verba distributa fuerint, si quis Vulgatam conferet facile perspiciet. Nec solas epistulas Paulinas, sed omnes libros in versus divisos fuisse intellegimus Sed haeret in illo libro suspicio falsitatis. Quamquam iam Erasmus recte monuit prohibere testimonium Posidii discipuli, qui scripsit de vita et moribus Augustini (cf. opera Augustini), ne ab illo abiudicaretur nec praefationem libri a stilo Augustini abhorrere. Quod iudicium confirmavit novissimus Speculi editor Weihrich, cuius argumenta amplificari possunt. Atque recte et hic et alii monuerunt verba sacra qualia codicibus Speculi tradantur non esse ab Augustino prolata, sed paene tota illa

---

[1]) V. Corpus scriptorum ecclesiasticorum ed. Academia Vindobonensis vol. XII, p. 223, 226, 228.

Digitized by Google

[illegible] additio [illegible] Sed hoc [illegible] [illegible] Tischendorf [illegible] quod [illegible] latere [illegible] [illegible] Paulinam [illegible] deposito [illegible]

[illegible] et Speculo et IV. de [illegible] [illegible] lectiones imperfectius [illegible] [illegible] vivo [illegible] [illegible] Tertulliani, praeter [illegible] [illegible] quem [illegible] originem [illegible] [illegible] quodam modo [illegible] [illegible] Hoc [illegible] quod [illegible] VI. [illegible] quam [illegible] tempore [illegible] confectus sit. [illegible] [illegible] p. XVII [illegible] Graece [illegible] scriptum [illegible] [illegible] de [illegible] ad q[illegible]

[illegible] in [illegible] versione Latina [illegible] [illegible] non possumus [illegible] quae sit [illegible] [illegible] id quod mihi quidem [illegible] [illegible] demonstravit,[2] versionem quam Z [illegible] [illegible] cum Victorino et Ambrosiastro [illegible] [illegible] pares, uterque Romae [illegible] [illegible] Ambrosiastri cum Z et quod cum utroque [illegible] [illegible] I Cor. 13, 1 ceteri omnes [illegible] [illegible] *χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον* [illegible] [illegible] *ut aeramentum sonans* [illegible] [illegible] Utrum in his inesse idque [illegible]

[illegible] aliis librorum excriptoribus [illegible] [illegible] quamquam tacendum est eam [illegible] muneris [illegible] XXI.

[illegible] Der Galaterbrief im altlateinischen Text [illegible] 1887 [illegible] Theologische Studien, Jahrg. 1880 p. 31 [illegible]

[illegible] Victorinus commentarios in epistulas ad [illegible] Ephesios [illegible] Paulinas excepta ep. ad Hebraeos. [illegible] Victorini [illegible] Nova Collectione t. III, Ambrosiastri [illegible] constat. De Ambrosiastri temporibus et [illegible] Guilelmi III. indixit Bonnae 1886 [illegible] cum Speculo genuino Weihrich [illegible] epistularum Paulinarum recensendarum [illegible]

Digitized by Google

[illegible] in Novo Testamento id
[illegible] psalmos ex Hebraico vertit.
[illegible] sacrorum distinctionem
[illegible] *Hieronymum omnia*
[illegible] *simplicitatem fratrum collis*
[illegible] *comprehendere nomine peta-*
[illegible] divinarum litter[illegible] c. 12
[illegible] B. C. Sed cum hoc loco
[illegible] Hieronymum non intellexisse,
[illegible] psalmorum interpreta-
[illegible] quod Cassiodorius codicem
[illegible] commatibus ornatum haberet
[illegible] verbis quae supra attulimus

[illegible] adhibitum est, [illegible] non
[illegible] Pauli, in quas quando aliud
[illegible] scriptas videtur legisse. De
[illegible] esse quam gentilium,
[illegible] quod post aliqua membra et
[illegible] separatur. Deinde in loco
[illegible] distinguit. Tum alterum
[illegible] secundum Septuaginta, sed
[illegible] ex Hebraico translatos versibus
[illegible] commodior fuerit, quapropter
[illegible] similiter scriptum habuisse
[illegible] libro illo, quem Speculum
[illegible] pertinerent e scriptura
[illegible] ex codice stichis distincto
[illegible] ordine percenseret, locum loco [illegible]
[illegible] *paucos versus* vel etiam ipsum numerum
[illegible] facile cognoscimus illum non versus
[illegible] complexa terminatos [illegible]
[illegible] interesse, inter 8, 21 et 9, [illegible] VIIII,
[illegible] fuerint, si quis Vulgatam conferret
[illegible] in versus divisos [illegible] intellegimus
Quae [illegible] recte monuit probabere testimo-
[illegible] (cf. opera Augustini), ne ab [illegible]
[illegible] Quod iudicium confirmavit novis [illegible]
[illegible] Atque recte et hic et alii monuerunt
[illegible] Augustino prolata, sed paene tota [illegible]

[illegible] vol. XII, p. 223, 226, 228.

Digitized by Google

quidem ad Vulgatam accommodata esse. Quod cum ita sit, credat quispiam et ipsos versuum numeros a posterioribus additos esse. Sed hoc minime probabile est. Non enim tota verbis Vulgatae testimonia composita sunt, sed restitere quaedam antiquioris formae vestigia quamvis rara.[1] Nec ordinem librorum interpolatores tetigerunt, velut epistulas Petri epistulam Iacobi praecedentes suo loco non moverunt. Ita totam libri dispositionem verbaque locis sacris ab auctore interiecta videntur intacta reliquisse.

Sunt vero et Speculum et IV. de doctrina Christiana liber extremis vitae annis ab Augustino edita vel illud quidem fortasse imperfectum ab eo relictum est (cf. Weihrich p. XIIII). Videntur igitur vel ipso Hieronymo vivo vel paulo post cum omnes libri sacri Latine versibus distincti esse.

5. Ut vero ad librum, propter quem ab ipso nostro proposito fortasse aberrare videmur, tandem revertamur, ultra quem terminum originem eius revehere non liceat, iam satis constare videtur. Nam cum distinctio librorum sacrorum ante Hieronymum Latinis ignota fuerit, Latinus vero auctor illius sit et ipse liber versibus quodam modo sit distinctus, ante quintum certe saeculum scriptus esse non potest. Hoc congruit cum eo quod supra e textus ratione conclusimus.

VII. Sed priusquam quo ipso tempore ille scriptus sit, accuratius definire studeamus, quaerendum videtur, quo loco confectus sit. Praetereo Tischendorfii futilem opinionem, qui cum de codicis D aetate et patria ageret (proleg. p. XVII, XVIII) qua consueverat temeritate iudicavit Alexandriae ab homine Graeco eum scriptum esse. E volgari opinione codex D in Africa scriptus est (quamquam nos quidem nunc de eo codice, ad quem illum revocamus, agimus; sed eadem argumenta in utrumque valent).

1. Quaeritur inprimis, quali versione Latina auctor illius usus sit. Tamen hanc quaestionem nos nunc ita absolvere non possumus, ut quae sit variarum versionum Latinarum ratio accurate ostendamus. Sufficit statuere, id quod mihi quidem satis constare videtur et quod ex parte quidem Zimmer nuper demonstravit,[2] versionem quam Z adhibuerit a veteribus quidem Africanis longius abesse, contra cum Victorino et Ambrosiastro potissimum consentire. Scripsit hic papae Damasi aetate (366—384), ille paulo prius, uterque Romae.[3] Afferam unum singulare quoddam exemplum consensus Ambrosiastri cum Z et quod cum utroque cognatum est Speculo illo altero, cui falso nomen Augustini inscribitur.[4] I Cor 13, 1 ceteri omnes habent *(αγαπην δε μη εχω.) γεγονα χαλκος ηχων* D *εν ειμι χαλκος ηχων* G *εν ειμι η χαλικος ηχων* Ambrst *unum sum velut aeramentum resonans* m *unum sum ut aeramentum sonans* d *in unum sum ut eramentum sonans* g *unum sum* + *ut aes sonans.* Vitium in his inesse idque e Graeco natum apparet. Subsequuntur enim in

[1]) Ceterum diligentius librum excutientibus plura apparitura esse pro certo habeo; nam Weihrich quaestionem gravissimam vix inchoavit, quamquam fatendum est eam omnibus numeris absolvi nondum posse. (Cf. Weihrich, praef. p. XXII)

[2]) Cf. Zimmer, Der Galaterbrief im altlateinischen Text, Königsberg 1887 et Ein Blick in die Entwickelungsgeschichte der Itala (Theologische Studien, Jahrg. 1889 p. 331 sqq.).

[3]) Reliquit Victorinus commentarios in epistulas ad Galatas Ephesios Philippenses, Ambrosiaster qui vocari solet in omnes epistulas Paulinas excepta ep. ad Hebraeos. Commentarios Victorini edidit primus et solus A. Mai in Scriptorum Veterum Nova Collectione t. III, Ambrosiastri Maurini aliique in appendice operum S. Ambrosii. Sed neutrius textus satis constat. De Ambrosiastri temporibus et rebus vide doctam dissertationem Josephi Langen Bonnensis (Sacram memoriam divi Friderici Guilelmi III. indicit Bonnae 1880).

[4]) Edidit una cum Speculo genuino Weihrich in vol. XII. Corporis scriptorum ecclesiasticorum Vindobonensis. Inter subsidia epistularum Paulinarum recensendarum signari solet littera m.

Digitized by Google

versu sequenti verba . . αγαπην δε μη εχω, ουδεν ειμι. Verba igitur εν ειμι ex ουδεν ειμι corrupta sunt. Loci similes ut fit aliquando inter se confusi, post male emendati in Latinum transierunt. Ambrosiaster vero editione Graeco-Latina uti non potuit, cum haec aetate posterior sit. Nec credibile est illud mendum latius per codices Graecos diffusum fuisse. Itaque sumendum est Z pro γεγονα e Latino εν ειμι scripsisse. Id vero ne ipsis quidem librariis clarum videbatur dubitantibus illis quidem, num εν praepositio an numerale esset, quo factum est, ut id duplici modo in d versum sit.

2. Praeterea dignum est quod notetur, quod versio Gothica cum omnino cum versione Latina multum consentiat, tum in epistulis Paulinis proxime ad Z accedit. Est enim certa quaedam necessitudo eorum quae supersunt versionis Gothicae cum Latinis, quae nescio an non satis explicata sit. [1]) Memini ante complures annos Brixia, ubi clarissimum qui ibi conservatur evangeliorum codicem litteris uncialibus Latinis in pergamena purpura tincta argenteo colore exaratum inspexeram, Mediolanum profecto virum illustrissimum Ceriani exemplar nescio quod scripturae codicis Gothici Upsalensis qui vocatur argenteus fideliter expressum mihi ostendere, quod in ipsa arte et ratione scribendi tantum cum illo habebat similitudinis, ut non dubitarem, quin ambo codices eodem loco eodemque tempore scripti essent. Evangelia in codice argenteo eundem ordinem tenere atque in Brixiano aliisque veteribus codicibus Latinis notum est. Accedit, quod in codice Brixiano exstat fragmentum prologi cuiusdam Latine quidem sed satis barbare et confuse scripti in adnotationem quandam ut videtur Gothicam in libros sacros, quae dicitur *uulthre*, ex quo apparet Gothicum cum Latino et Graeco ob id comparatum esse, ut interpretationis Gothicae et Latinae rerum nullam cum Graeco discrepantiam esse ostenderetur. Deinde notum est epistulae ad Hebraeos nullum versionis Gothicae fragmentum inventum esse, cum ceterarum epistularum omnium unus quidem codex fragmenta contineat. Ex quo concludere licet Gothos eam ignorasse. Nec ea in Italia ante V. saeculum in epistulis Paulinis ducta est, cum per omnes ecclesias Graecas inde ab Eusebio in numero earum haberetur. Sed esse proximam quandam cognationem nonnullorum foliorum bibliothecae Guelpherbytanae Gothice et Latine scriptorum cum hac ipsa de qua agimus editione Graeco-Latina infra nobis demonstrandum erit.

3. Omnia igitur eo spectant, ut hanc in Italia ortam esse veri multo sit similius quam in Africa.

VIII. Quoniam de ratione aetate patria editionis Graeco-Latinae quantum adhuc fieri potuit accurate disputatum est, tandem quaerendum videtur, nonne antiquum illud exemplar, ad quod ultimum codices D et X revocavimus, etiam in eis, de quibus inter eos discrepat, propius cognosci possit. Nec vereor, quoniam monstratum est, qua ratione illud institutum fuerit quantaque auctoris eius fuerit temeritas Graecique sermonis inscitia et quam interdum Graecam memoriam non curaverit, ne quis temere contendat, uter utro propius ad Graecos codices accedat, eum omnino ab archetypo minus distare. Atque ipse codex D documento est, quantum huiusmodi codices mutati sint, cum ab eruditioribus viris cum codicibus Graecis conferebantur. Duo enim fuere viri doctiores, quorum Tischendorf alterum VII. alterum IX. saeculo adscripsit, qui Latino neglecto Graecum ita emendabant, ut non solum verba innumeris vitiis orthographiae purgarent, sed ipsum textum ad Graecorum codicum fidem revocarent. Atque cum prior permulta praeteriisset, posterior vix ullum reli-

[1]) Video apud Holtzmann, Einleitung in das N. Testament, p. 56 E. Bernhardt de hac re egisse in libro quem inscripsit Vulfila oder die gothische Bibel, 1875, quem librum adhuc non legi.

Digitized by Google

quit versum, cui manum non admoveret.[1]) Itaque non est cur miremur, si etiam ille codex, ex quo ipse D descriptus sit, ab emendationibus e Graeco petitis integer non fuisse demonstrabitur.

IX. Anquirentibus autem nobis ea quae in D et X diversa sunt, statim elucebit verum esse quod supra affirmavimus X ex D non esse descriptum. Primum omnium nec de ordine nec de ipso numero epistularum inter eos convenit. Nam in D epistula ad Colossenses epistulam ad Philippenses praecedit, in X sequitur. Sed quod multo est gravius, epistula ad Hebraeos in D recepta, ab X exclusa est.[2]) Codex D VI. saeculo scriptus esse dicitur. Ego de vetustate codicis iudicare non possum. Nam cum Parisiis versarer, tanta mole aliorum codicum obruebar, ut tempus ad illum examinandum mihi deesset. Sed cum ne ipse quidem Tischendorf ad superiorem aetatem eum revocaverit, haud vereor, ne quis existat qui antiquiorem illum esse doceat. Post VI. vero saeculum neminem qui epistulas Paulinas describeret epistulam ad Hebraeos praetermissurum fuisse, si eam in ipso codice quem describeret invenisset, haud opus est demonstrare.

Sed a Z epistulam ad Hebraeos exclusam fuisse, etiam ex ipso D perspicitur. Nam ceteris epistulis ita ea adiecta est, ut indice quodam scripturarum sacrarum ab eis dirempta sit. Indicem hunc non ab initio in mediis epistulis positum fuisse, sed olim codici alicui in fine adiunctum, tum postea aliquando epistulam ad Hebraeos additam esse apparet. Accedit, quod cum ceterarum epistularum subscriptiones et inscriptiones, quibus cuiusque finis et initium indicatur, alia aliam excipiat, velut *Προς κυρινθιους α επληρωθη αρχετε προς κορινθιους β.* soli epistulae ad Hebraeos inscriptio deest. Ceterum in eo, quod epistulam ad Hebraeos in fine habet, D sequitur morem Latinorum, apud quos ea etiam postquam inter scripturas canonicas recepta est semper extra numerum epistularum Paulinarum posita est.

X. Hac re ea quae supra de aetate et patria editionis nostrae dicta sunt et confirmari et accuratius definiri videntur. Nam cum constet eam ante V. saeculum non esse ortam, ne in multo posteriorem quidem aetatem origo eius videtur provehenda esse. Nam inde ab ineunte saeculo V. Augustino potissimum auctore epistula ad Hebraeos ab occidentalibus quoque ecclesiis in numero canonicarum scripturarum haberi coepta est.

Atque certe in Africa et prius et celerius ea recepta est quam in Italia. Nam Carthagine in duobus conciliis (a. 397 et 419) ab episcopis Africanis ut canonica ea agnita est. Sed a Romana ecclesia nihil certi de ea videtur decretum esse. Nam cum in primo concilio decreto episcoporum cautum esset, ut ecclesia Romana de canone constituto consuleretur, itemque in altero, ut canon scripturarum cum Bonifacio urbis Romae episcopo pro confirmando communicaretur, tamen canonem ab ecclesia Romana confirmatum esse non apparet.[3]) Exstat epistula illa quidem Innocentii I. episcopi Romani ad Exsuperium episcopum Tolosanum de scripturis canonicis anno 405. missa, in qua XIV epistulae Paulinae numerantur. Sed de fide eius Crednerus non sine causa videtur dubitare, nam non ante illam apparuisse dicit quam Visigothi catholici facti essent.[4]) Ambrosiaster, quem Romae sub Damaso scripsisse diximus, epistulam ad Hebraeos in commentario suo praetermisit. Hieronymus, qui eodem tempore Romae editionem Novi Testamenti iussu Damasi paravit, num illam receperit, non satis constat. Ego quidem crediderim, nam eum codicem, quem Cassiodorius secundum

---

[1]) Cf. Tischendorf, Codex Claromontanus, prolegomena p. XXV, XXVI.
[2]) F epistulam ad Hebraeos Latine secundum Vulgatam in fine supplevit.
[3]) Cf. Credner, Geschichte des Neutestamentlichen Kanon, § 122 et 125.
[4]) Ibid. § 123 et 125 in fine.

Digitized by Google

Hieronymum scribi iussit (cf. supra p. 14), eam continuisse ille ipse dicit (de inst. div. litt. c. 12). Quamquam Hieronymus postquam Novi Testamenti editionem paravit in libro de viris illustribus c. 59 anno 392 ipse dicit epistulam ad Hebraeos apud Romanos quasi Pauli apostoli non haberi itemque in epistula ad Dardanum consuetudinem Latinorum eam inter scripturas canonicas non recipere.[1]) In Vulgata ea quidem legitur, sed Vulgatae qualis postea in usum communem transiit num auctor sit Hieronymus, admodum dubium est. Nec quae in epistula ad Dardanum ex epistula ad Hebr. afferuntur verba cum Vulgata consentiunt. Deinde est quoddam de libris recipiendis decretum, quod in codicibus quibus continetur vel Damaso (a. 366—384) vel Gelasio (a. 492—496) vel Hormisdae (514—523) episcopis Romanis addicitur, cuius unum est caput de libris Novi et Veteris Testamenti, in quo in uno quodam codice, qui Gelasii nomen auctoris fert, tredecim tantum epistulae Paulinae numerantur. Sed recte mea quidem sententia ob id ipsum Credner et Volkmar hanc indicis formam antiquiorem Gelasio esse iudicant, tamen ante secundum concilium Carthaginiense vix videtur ille componi potuisse.[2]) Denique silentio praetereundum non est Cassiodorium codicem quendam, cui epistula ad Hebraeos aberat, quem ipse describendum curavit, cum nomine Hilari Romanae urbis antistitis, qui ecclesiam rexit ab a. 461 usque ad a. 468, quodam modo conectere.[3]) Atque de Rossi sibi persuasit codicem illum iussu Hilari papae scriptum fuisse.[4]) Sed id quidem vix credibile est. Nam non solum epistula ad Hebraeos, sed etiam secunda Petri, duae minores Johannis, una Iudae illi aberant. Itaque multo antiquior videtur ille fuisse. Tamen quando in Italia epistula ad Hebraeos in usum communem venerit parum constare fatendum est. Contra in Africa secundi concilii Carthaginiensis decreto omnis dubitatio videtur sublata esse. Certe Augustinus in libro de doctrina Christiana II, 8 canonem eundem constituit, quem concilium episcoporum probaverat nec postea cum quaedam ex eis, quae ibi statuerat, retractaret (Retractationes, II, 4) sententiam suam de epistula ad Hebraeos mutavit. Item Vigilius Thapsitanus post medium saeculum V. quamquam versione quam Augustinus Afris commendaverat usus non est, tamen epistulam ad Hebraeos ut Paulinam laudat.[5])

Sed in Italia quoque epistulam ad Hebraeos post Hieronymum mox magis magisque in usum venisse admodum probabile est. Tamen nolim artioribus finibus aetatem editionis Graeco-Latinae circumscribere. Nam circa medium VI. saeculum Cassiodorium codicem, cui epistula ad Hebraeos abesset, posteris propagari voluisse intelleximus nec eodem fere tempore Gothos eam agnovisse libris manuscriptis probatur. Sed venisse tempus quo in eis regionibus, per quas editionis illius codices circumferebantur, epistula ad Hebraeos diutius carere nollent, ipso codice D probatur. Nec hoc certe post VI. saeculum fuit, sive epistula illa in codicem D primum recepta est, sive iam eo codice, unde ille fluxit, continebatur. Nam ut dubium sit, quo tempore ipse codex D scriptus sit, antiquitatem redolet epistulae versio Latina, quae non est Vulgata.

Ergo non ante saeculum V. nec post finem saeculi VI. editionem Graeco-Latinam ortam esse certissime videtur affirmari posse.

---

[1]) Cf. Credner, § 115.

[2]) Cf. Credner, § 130.

[3]) Cf. Cassiodorius, Instit. c. 14 et Jahrbücher für protestantische Theologie t. IX, p. 621.

[4]) Cf. La Bibbia offerta da Ceolfrido abbate al sepolcro di S. Pietro. Memoria di G. B. de Rossi. 1887, p. 17, 18.

[5]) Cf. Ziegler, Italafragmente der Paulinischen Briefe. Marburg 1876 p. 65.

Digitized by Google

XI. **Huic** igitur cum epistula ad Hebraeos a principio afuerit nec ea quidem codicibus F et G continentur, hos in eo quidem antiquiorem quendam memoriae statum quam D repraesentare constat. Cum vero id exteriore potissimum codicis D condicione patefactum sit, exteriora quaedam primum mutationis vestigia in D indagabimus. Cuius rei opportunitas se ipsa offert, cum stichis codex divisus sit. Qui si cum ipsis verbis comparabuntur, emendatorum manus facilius deprehendentur.

XII, 1. Discrimen quoddam esse inter stichos Vulgatae et codicis D in priore huius dissertationis parte docuimus (p. 18). Nec id neglegendum est, ut rectius etiam de textu codicis D iudicetur. Cola et commata quae rhetores vocant in scriptura intellegi non posse, sed omnino membra orationis versibus circumscripta sic vocari apparet. Versus igitur longitudine multum inter se variare necesse est. Itaque in Vulgata singulos versus pro spatii ratione in plures diductos esse videmus, sed ita ut comprehensio quaeque verborum eo cognoscatur, quod prima cuiusque littera a linea in marginem procurrit. Atque eadem scribendi ratio etiam in codice H, de quo supra egimus (p. 12), adhibita est. Contra in D versus ita divisi sunt, ut verba cuiusque versus artius inter se quam cum verbis proximi cohaereant. Ita est minutior quaedam eorum divisio, qua non tam ipsa orationis membra quam membrorum partes distinguantur. Ut vero haec ipsa ratio illustretur nec codex D tam prope quam putetur cum H cognatus esse intellegatur, duos illos codices per aliquot versus inter se comparare non alienum videtur.[1])

I Cor XI, 10 sqq.	δια τουτο η γυνη · οφιλι	δια τουτο οφιλι η γυνη
	εξουσιαν εχειν · ε	εξουσιαν εχειν
	πι τησ κεφαλησ,	επι τησ κεφαλησ
	δια τουσ αγγελουσ ·	δια τουσ αγγελουσ
	πλην ουτε γυνη χωρισ	πλην ουτε γυνη
	ανδροσ ·	χωρισ ανδροσ
	ουτε ανηρ χωρισ γυ	ουτε ανηρ χωρισ γυναικοσ
	ναικοσ εν κω ·	εν κω
	ωσπερ γαρ η γυνη εκ	ωσπερ γαρ η γυνη εκ του ανδροσ
	του ανδροσ,	ουτωσ και ο ανηρ
	ουτω και ο ανηρ δια τησ	δια τησ γυναικοσ
	γυναικοσ ·	τα δε παντα εκ του ϑυ
	τα δε παντα εκ του ϑυ	Υμισ αυτοι κρινατε
	εν υμιν αυτοισ κριναιε ·	

2. Quae in D adhibita est stichorum ratio, eandem sequitur codex Guelpherbytanus Gothice et Latine scriptus (gu), cuius quae codice quodam rescripto continentur pauca fragmenta, quantum Latine scripta sunt publici iuris fecit Tischendorf, Anecdota Sacra et Profana p. 155 sqq. Cuius codicis cum D consensio cum magni momenti sit, hos quoque per aliquot versus in Latino inter se comparabo (cf. supra p. 16).

1) Cf. Omont, Notice sur un manuscrit des épîtres de S. Paul, p. 14 et Tischendorf, Codex Claromontanus, p. 144. Omisi qui in utroque codice posterioribus curis additi sunt accentus et spiritus. Quae in H videntur puncta et commata nescio utrum primae an secundae manus sint. Scripturam continuam dissolvi. Codex H per senos denos, D per vicenos singulos versus in pagina exaratus est.

Digitized by Google

	gu	*d*
Rom XV, 4 sqq.	*Quaecumq. enim*	
	praescribta sunt	*Quaecumque enim scripta sunt*
	ad nostram doctrinā	*ad nostram doctrinam*
	scribta sunt	*scripta sunt*
	ut per patientiam	*ut per patientiam*
	et consolationem	*et per consolationem*
	scribturarum	*scripturarum*
	spem habeamus	*spem habemus*
	ds autem patientiae	*Ds autem patientiae*
	et solacii	*et solacii*
	det vobis id ipsum sapere	*det vobis id ipsum sapere*
	in alterutrum	*in alterutrum*
	secundum xpm ihm̄	*secundum xpm ihm̄*
	ut unianimes in uno ore	*ut unianimes* [1]) *in uno ore*
	honorificetis dm̄	*honorificetis dm*
	et patrem dni	*et patrem dmi nostri*
	ni ihu xpi	*ihu xpi*

Tempus non est accuratius exponendi, quae in ipso textu inter eos intercedat ratio. Tantum dicam cum sint similiores Vulgatae tamen sàt multis locis utrumque ab ea discedere. Atque ubi cum Vulgata discrepant, haud raro inter se consentiunt, sed fit quoque, ut alius aliam sequatur lectionem.

Quam vero stichi eorum inter se similes sint, vides. Tamen non per omnia fragmenta codicis Guelpherbytani prorsus idem consensus est cum D. Id enim inter eos interest, quod saepius qui duo sunt versus in gu eos in unum coniunctos videmus in D, quod semel eis quoque, quae supra exhibuimus, accidit. Sed eo ipso factum est, ut mira quaedam inter eos ratio intercedere videatur. Nam cum quattuor foliorum quae supersunt codicis gu singulae paginae vicenos septenos contineant versus, codicis D vicenos singulos, est ut folio CCLXXVII codicis rescripti quo continentur fragmenta illa respondeant in recto versus viginti unus et dimidius codicis D (Rom 11, 33—12, 2), in verso viginti et dimidius (Rom 12, 2—5), folio CCLVI r. viginti et unus (Rom 13, 1—5) eidem v. viginti (Rom 12, 17—13, 1), sed habet gu versum unum et dimidium, qui desideratur in D. Apparet igitur his quidem paginis utrumque diverso versuum numero tantundem fere textus reddidisse. Hoc mihi quidem casu non videtur factum esse. Sed credo D prae se habuisse librum totidem versibus exaratum quot gu. Quem cum describere inciperet, operam dedit, ut singulis illius libri paginis sui libri paginae responderent. Cum vero in singulis paginis eundem numerum versuum adhibere aut non posset aut nollet, illud eo assequi studuit, ut breviores versus inter se coniungeret. Tamen ne per primam quidem epistulam propositum suum tenuit. Sed hoc utut est, certum est gu stichorum rationem accuratius observare quam D. Rectius secundum horum codicum rationem in

[1]) unianimes secundum Sabatier, Bibliorum sacrorum Latinae versiones III, p. 649. Tischendorf legit unanimes.

Digitized by Google

duos stichos dividi Rom 12, 20 *et si sitierit · potum da illi ·* [1]), quod fecit gu, quam secundum d in unum coniungi *si sitit potum da illi* · apertum est. Prorsus perverse d distinxit Rom 12, 18 *si fieri potest quod ex vobis est · cum omnibus hominibus · pacem habentes* · cum recte gu primum versum in duos divisos habeat. Item Rom 12, 2 verba quae d tradit cum stichis eius discrepant *quae sit voluntas dī quod bonum · et beneplacitum et quod perfectum* · Recte ea distinxit gu *quae sit volumtas dī · quod bonum · et beneplacitum · et perfectum ·* [2])

3. Antiquae textus distinctionis vestigia servata esse et in F et in G in priore parte exposui (I, p. 19 sqq.) Atque forte accidit, ut inter pauca quae supersunt codicis gu uno quidem loco, quem rectius distinxit gu quam d, G cum gu consentiat. Nam Rom 12, 20 sic distinxit d *hoc enim faciens carbonem ignis · congeres · supra caput ei* · contra gu *hoc enim faciens · carbones ignes · congeres · super caput eius ·* G *Τουτο γαρ ποιων . Ανθρακασ πυροσ . σωρευσεισ επι την. κεφαλην αυτου.* g verbis cum gu et vg congruit. Sed saepius G antiquam stichorum rationem fidelius servavit quam D, velut I Cor 3, 22 quae D vel bina vel terna inter se copulavit commata *παντα γαρ υμων εστιν · ειτε παυλοσ ειτε απολλωσ · ειτε κηφασ ειτε κοσμοσ ειτε ζωη · ειτε θανατοσ ειτε ενεστωτα · ειτε μελλοντα παντα υμων* · ea omnia recte inter se distinxit G. Atque alia similia etiam D accuratius scripsit velut Phil 4, 8 *Το λοιπον αδελφοι · οσα εστιν αληθη · οσα σεμνα · οσα δικαια · οσα αγνα · οσα προσφιλη · οσα ευφημα · ει τισ αρετη · και ει τισ επαινοσ επιστημησ · ταυτα λογιζεσθαι* · quae item G recte distinxit vel II Cor 6, 4 *εν υπομονη πολλη · εν θλιψεσιν · εν αναγκαισ* · et quae sequuntur usque ad v. 7 *εν δυναμι θυ* · ubi singula enumerationis membra singulis versibus expressit praeter duo *εν στενοχωριαισ εν πληγαισ* · quae uno versu coniunxit, cum G *Εν αναγκαισ εν στενοχωριαισ* et *Εν φυλακαισ εν ακαταστασιαισ* (scripsit *καταστασιαισ)* inter se non distinguat, cetera item recte exhibeat. Exempla similia multa afferri possunt. Sed ab exemplis congerendis abstineo, cum chartae mihi parcendum sit. Etiam invitum scriptorem codicis D interdum plures versus in unum coniunxisse ex eo perspicitur, quod saepius terminum stichi transgressus proximum versum ab eodem verbo vel verbis, quae priori versui supererant, incipit velut Rom 9, 30 *Τι ουν ερουμεν οτι εθνη · οτι εθνη ·* 11, 9 *εισ παγιδα και εισ θηραν · και εισ θηραν ·* 16, 15 *και ολυμπαν και τουσ · και τουσ συν αυτοισ ·* I Cor 7, 1 *καλον ανω γυναικοσ · γυναικοσ μη απτεσθαι ·* Atque interdum iam post unam vel alteram litteram superfluam calamo cohibito quod abundabat ipse vel delevit vel improbavit, velut Rom 12, 10 *φιλοστοργοιτ · τη τειμη αλληλουσ · προσηγουμενοι ·* Eph 3, 5 *αποστολοισκ · και προφηταισ ·* ibid. 16 *ινα δωη υμιν κα · κατα το πλουτοσ ·*

XIII. Stichos igitur vel neglegentia vel arbitrio librariorum non semper recte observatos esse apparet. Sed certe hae non solae causae erant, cur illi neglegerentur. Facile enim etiam emendatorum curis stichi perturbari poterant, ut si quid illi in textu vel mutandum vel addendum esse adnotaverant id num in stichum quadraret, postea cum codices emendati describebantur, ab imperitis librariis non quaereretur. Itaque si quid non suo sticho in D adscriptum invenitur, est cur id in suspicionem vocetur.

---

[1]) Et hic et infra stichos punctis inter se distinguam.

[2]) Vulgata habet quae sit voluntas dei bona et (bene) placens et perfecta. Item Cyprianus, sed dubitandum est, num verba codicibus eius recte tradita sint, quamquam duobus locis eadem leguntur. Ceteri patres Latini antiquiores quidem locum sic interpretabantur, ut verbis quae sit voluntas dei ea quae sequuntur subiecta sint.

Digitized by Google

1. Articulum Z recte adhibere nescivisse supra demonstratum est (p. 4). Articulus in X omissus, in D in fine versus positus est his locis: Gal 3, 22 *αλλα συνεκλισεν η γραφη τα · παντα υφ αμαρτιαν ·* Phil 1, 17 *οι δε εξ εριθιασ τ ο ν · χν καταγγελλουσιν ουχ αγνωσ ·* ibid. 2, 6 *ουχ απαρκμον ηγησατο τ ο · ειναι ισα θω ·*

Rom 13, 9 *ανακεφαλεουται ε ν τ ω · αγαπησισ τον πλησιον σου ·* Verba *εν τω* omisit X nec expressit d nec ceteri Latini. Loco simili Gal 5, 14 eadem omisisse Z supra vidimus (p. 6). Correctura igitur hoc loco in D agnoscitur.

Item particula *και* proximo versui praemittenda erat, in fine praecedentis in D invenitur, in X omissa est his locis: Rom 3, 26 *εισ το ειναι αυτον δικαιον κ α ι · δικαιουν τον εκ πιστεωσ ιν ·* [1]) ibid. 12, 20 *ψωμιζε αυτον κ α ι · εαν διψα ποτιζε αυτον ·* II Cor 9, 4 *και ευρωσι υμασ · απαρασκευαστουσ κ α ι · κατεσχυνθωμεν ημισ ·* Atque his quidem locis etiam in Latino *et* additum est. Contra *και* Latine non versum est hoc loco Rom 11, 3 *κε τουσ προφητασ σου · απεκτιναν κ α ι τ α · θυσιαστηρια σου κατεσκαψαν ·* X omisit *και*, sed habet *τα ·*

Adspicias hos locos: Rom 4, 19 *ου κατενοησεν το εαυτου σωμα η δ η · νενεκρωμενον ·* ibid. 9, 22 *ει δε θελων ο θσ ενδιξασθαι την οργη · και γνωρισαι το δυνατον αυτου η ν ε γ κ ε · εν πολλη μακροθυμια · σκευη οργησ ·* 10, 18 *μη ουκ ηκουσαν μ ε ν ο υ ν γ ε · εισ πασαν γαρ την γην ·* [2]) I Cor 7, 37 *οσ δε εστηκεν εν τη καρδια αυτου · ε δ ρ ε ο σ μη εχων αναγκην ·* Vides verba *ηδη ηνεγκεν μενουνγε εδρεοσ* non suo quodque versui adscripta esse. Nec ea Latine expressit d et omisit X. Verbum *μενουνγε* loco simili Rom 9, 20 cum Latinis omiserunt et D et X.

Qui Rom 9, 22 versui adscripsit *ηνεγκεν* idem in eis quae sequuntur delevit praepositionem *εισ* ante *σκευη*, quam habet X et Latine expressit d. [3]) Atque aliquid simile accidit huic loco II Cor 8, 10 *τουτο γαρ υμιν συμφερει ο ι τ ι ν ε σ · ου μονον το ποιησαι · αλλα και το θελιν ενηρξασθαι ·* Nam alteri versui verbum *οιτινεσ* adscriptum, ab initio alterius aliquid resectum esse intellegis. Habet G *Τουτο γ. υ. συνφερει Οτι ου μονον* e. q. sqq. d *hoc enim vobis utile est · qui non solum facere · sed et velle coepistis laborare. qui* aut per errorem pro *quia* scriptum, aut ex *quia* correctum est.

Col 2, 23 D *λογον μεν εχοντα σοφιασ ε ν ε · θελοθρησκια ·* d *rationem quidem habentia sapientiae · in religione ·* [4]) X solus inter Graecos *εν θρησκια* habet, quocum consentire vides d. Confirmatur igitur quod supra dixi Z verba inusitatiora evitavisse (p. 3).

Verbum *αδελφην*, quamquam Latine versum est, in D superesse apparet huic versui: I Cor 9, 5 *μη ουκ εχομεν εξουσιαν α δ ε λ φ η · γυναικα περιαγειν ·* X omisit *αδελφην*, sed idem pro singulari pluralem adhibuit *γυναικασ*. [5])

---

[1]) *δικαιουν* solus D. X cum ceteris *δικαιουντα*.

[2]) *γαρ* enim soli D d addiderunt.

[3]) A Graecis quidem codicibus paene omnibus his locis Z dissensit. Soli B 47 213 omiserunt *ηδη* Rom 4, 19. E Latinis cum Z faciunt: Rom 4, 19 codices nonnulli Vulgatae Orint; 10, 18 Orint; 9, 22 Julianus Pelagianus, adversarius Augustini, et Ambrosiaster. Nam hic quidem habet verbum *ηνεγκεν* Latine translatum sustinuit, sed male cum eo concinit quod habet in vasis. Itaque illud e Vulgata in codices Ambrosiastri irrepsisse sumendnm est.

[4]) Codex sapientia.

[5]) Codices Graeci omnes cum D consentiunt. E Latinis habent mulieres Tertullianus, Hilarius, uxores Helvidius apud Hieronymum. Quaerebatur a patribus, quo sensu verbum mulieres accipiendum esset. In quo provocabant

Digitized by Google

2. Quid quod stichis codicis D ipsius verba interdum non respondent, contra optime codicis X? Velut Rom 6, 15 **Τι ουν αμαρτησωμεν ·** Gal 3, 19 **Τι ουν ο νομοσ των παραδοσεων χαριν · ετεθη ·** [1]) Non opus est dicere, si verba recte tradita essent, stichos sic conformandos fuisse **Τι ουν · αμαρτησωμεν ·** et **Τι ουν ο νομοσ · των παραβασεων χαριν ετεθη ·** vel certe ita ut verba **των παρ. χ.** artius cum **ετεθη** quam cum eis quae praecedunt cohaerere appareret. Sed ponas in loco eorum quae versui repugnant ea quae X habet et versus recte conformati esse reperientur: **Τι ουν ημαρτησαμεν ·** et **Τι ουν ο νομοσ των πραξαιων ετεθη ·** Cum X ex parte quidem consentit d. Habet enim altero loco *quid ergo peccamus ·* altero *quid ergo lex factorum gratia · posita est.* Atque consensit Z cum interprete Irenaei et Ambrosiastro, qui locum sic interpretantur, quasi interrogetur *quid ergo lex factorum?* tum respondeatur positam eam esse, donec veniret Christus.

Eiusdem rei exempla haec sunt Col 3, 24 D **ειδοτεσ οτι απο κυ · απολημψεσθαι την ανταποδοσι · τησ κληρονομιασ τ ω κω χω · δουλευετε ·** d *scientes quod a dno · percipietis retributionem · hereditatis dni xpi · cui servitis ·* G [2]) **Ειδοτεσ οτι απο κυ Απολημψεσθαι Την ανταποδοσιν τησ κληρονομιασ του κυ ημων ιυ χυ Ω δουλευετε.** I Thess 5, 1 D **περι δε των χρονων · και των καιρων αδελφοι · ου χ ρ ι α ν ε χ ε τ ε υμιν · γραφεσθαι ·** d *de temporibus autem · et momentis fratres · non est necesse vobis · scribere ·* G **Περι δε των χρονων και των καιρων Αδελφοι ου χ ρ ι α ε σ τ ι ν υμιν γραφεσθαι.**

Pertinet huc etiam hic locus II Cor 11, 1 D **Οφιλον ανιχεσθαι μου · μειχρον · τι αφροσυνησ · τι** a **μιχρον** separandum non fuisse apparet. Omisit id quidem X idemque transposuit **μου Ωφελον ανειχεσθαι μικρον τησ αφροσυνησ μου** cui respondet d *utinam portaretis · pusillum · insipientiam meam ·*

Latinum quoque correctum est Gal 3, 6:

καθωσ αβρααμ	*sicut abraham*
επιστευσεν τω θω	*credidit do*

Verba Veteris Testamenti in D eo insigniri solent, quod versus quibus continentur longius ceteris a margine recedunt. Quod versus inter se non recte distincti sunt, id eo effectum esse quod verba mutata sint ex X perspicitur. Sic enim G locum exhibet **καθωσ γεγραπται Επιστευσεν αβρααμ τω θω.**

3. Quae in omnibus libris correctores relinquere solent ipsorum vestigia, ut in eadem periodo alia commutent alia neglegant, ita ut verba non amplius inter se consentiant, ne ea quidem in D desiderantur.

Multa singularia Z in extremis duobus capitibus ad Romanos exhibuisse supra ostendimus (p. 8). Ad ea hoc addendum videtur. Rom 15, 24 verba **ωσ αν πορευωμαι εισ την σπανιαν** ceteri omnes cum eis quae praecedunt coniungunt, contra Z ab his novam incipit sententiam inse-

---

ad codices Graecos, in quibus *ἀδελφὰς* vel *ἀδελφήν* additum esset. Sed etiam in codicibus Graecis lectio olim anceps videtur fuisse. Nam eo factum esse crediderim, ut Clemens Alexandrinus locum alias aliter interpretaretur: Strom. III, 53 *λέγει οὖν ἔν τινι ἐπιστολῇ · οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι; ἀλλά οὗτοι μὲν . . . οὐχ ὡς γαμετὰς, ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς περιῆγον τὰς γυναῖκας.* Paedag. II, 9 *μὴ γὰρ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν, φησὶν ὁ ἀπόστολος, καὶ γυναῖκας περιάγεσθαι; ἀλλὰ κρατοῦντες δηλονότι τῶν ἡδονῶν κωλύομεν τὰς ἐπιθυμίας.*

[1]) *παραδοσεων* corruptum ex *πραξεων.*

[2]) **F a G in ipsis verbis nec hic nec infra dissentit.** Sequor G, cum stichorum vestigia plura servaverit.

Digitized by Google

rendo particulam *ουν* post *αν*. Nihilo minus cum ceteris pergit *ελπιζω γαρ*. Sed X eis quae antecedunt apodosin recte subiungit: *ωσ αν ουν π. ε. τ. σ. ελπειζω διαπορευομενοσ θεασασθαι υμασ.* Quocum consentit d: *sed cum proficisci coepero in hispaniam spero pertransiens videre vos.* [1])

Rom 5, 8. 9 codices Graeci sic habent *συνιστησιν δε την εαυτου αγαπην εισ ημασ ο θεοσ οτι ετι αμαρτωλων οντων ημων χριστοσ υπερ ημων απεθανεν · πολλω ουν μαλλον . . . σωθησομεθα.* X cum Latinis interposuit *ει* post *οτι* deleta particula *ουν*. In D *ει* quidem particula omissa est, sed desideratur *ουν* . d cum X consentit.

Rom 5, 18 sic exhibet D *αρα ουν ωσ δι ενοσ παραπτωματοσ · εισ παντασ ανθρωπουσ · εισ κατακριμα · ουτωσ και δι ενοσ το δικαιωμα · εισ παντασ ανθρωπουσ · εισ δικαιωσιν ζωησ ·* Vides verba *παραπτωματοσ* et *το δικαιωμα* male inter se concinere. Atque codices Graeci longe plurimi pro *το δικαιωμα* habent *δικαιωματοσ* contra X *το παραπτωμα* et *το δικαιωμα*. Dubium non esse opinor, utri verbo in D medela adhibita sit. Sed mirum sane est, quod nec d nec g lectionem codicis Z, sed uterque codicum Graecorum, quibuscum ceteri quoque Latini consentiunt, Latine reddit. Ex quo apparet ne ipsum quidem Z verba quae ex suo codice descripsit intellexisse. Consentiunt cum eo versiones syriaca et coptica et codex Graecus 37.

Rom 10, 5 sic D: *Μωσησ γαρ γραφει οτι την δικαιοσυνην · την εκ του νομου ·* [2]) *ο ποιησασ ανοσ · ζησεται εν αυτοισ ·* Verba *εν αυτοισ* non habere quo spectent et potius cum aliis scribendum fuisse *εν αυτη* apparet. Sed illa recte referuntur in X *Μωυσησ γαρ γραφει την δικαιοσυνην την ε. τ. ν. Οτει ο ποιησασ αυτα ζησεται εν αυτοισ.* Quae lectio si in D restituitur, primus stichus etiam melius se habet. Cum X congruit d, nisi quod *ανθρωποσ*, quod X omisit, Latine expressit.

II Cor 10, 5 D *λογισμουσ καθαιρουντεσ ·* [3]) *και παν υψωμα · επαιρομενον · κατα τησ γνωσεωσ του θυ · και εχμαλωτιζοντεσ · παν νοημα · εισ την υπακοην του χυ · αγοντεσ ·* Omiserunt ceteri codices Graeci *αγοντεσ*, quod in D abundare intellegis. X et d hoc quidem tuentur, sed ignorant *και* ante *αιχμαλωτιζοντεσ*. Ergo Z *παν υψωμα* ad *αιχμαλωτιζοντεσ*, *παν νοημα* ad *αγοντεσ* rettulisse apparet. Cum X consentit etiam m et versio Gothica, sed haec quidem sic habet tanquam *και* et ante *αιχμαλωτιζοντεσ* et ante *εισ* positum sit.

II Cor 1, 7 D *ειδοτεσ οτι ωσ κοινωνοι · των παθηματων εστε ο υ τ ω σ · και τησ παρακλησεωσ ·* D cum codicibus Graecis congruit, nisi quod verba in eo eundem ordinem tenent atque apud Latinos et in versione Gothica. Graeci enim verbum *εστε* post *κοινωνοι* positum habent. Verbum *ουτωσ* ex emendatione natum esse ipsa positione probatur nec id expressit d aut versio Gothica et omisit X. Sed omisit X etiam *ωσ*: *Ειδοτεσ οτι οι κοινωνοι των παθηματων εσται και τησ παρακλησεωσ*, quae videtur fuisse lectio etiam codicis Z, nisi forte *οι* postea invasit. d cum neutro prorsus consentit *scientes quia si socii · passionum estis · et consolationum eritis ·*

---

[1]) Eodem loco (v. 23) et D et X cum 37 115 121 oser habent *επιποθιαν δε εχω* pro *ε. δ. εχων*, quod supra non commemoravi, cum de toto loco postea agendum esset.

[2]) Prima manus *της*.

[3]) Prima manus per errorem *καθαιρουντων*.

Digitized by Google

Rom. 12, 17 D προνοουμενοι καλα [illegible] αυθρωπων [illegible] ... D non [illegible] ... inveniuntur ... expressa sunt.

I Cor. 10, 19 Plerique codices Graeci ... [illegible]

X: Τι ουν φημι; Οτι ιδωλοθυτον εστιν τι ... θυσιαζουσιν και ου θεω.

D: Τι ουν φημι; οτι ειδωλοθυτον εστιν τι ... θυουσιν και ου θεω.

D [illegible] miscuit, nam cum scriberet ... idolum ... idolothitum.

... D [illegible] se confudit lectiones his ... Latinis επιστευσα, ex ... Graeci [illegible] X [illegible] ... εν τη ακροβυστια. X cum ... εν ακροβυστια ... X ... και αυτοις. D ... repugnare videt. Addita ... μου. Ceteri ει ... [illegible]

... his quidem locis corrector ... ad Graecos codices revocavit, sed ... [illegible] ... X enim in Orig. post ... posuit ... codicibus suppleretur suo loco reddit ... αυτον. Codices Gra[eci] ... pro ασχημονειν habet ασχημονει ... contra vg turpem se videri existim[at] ...

Non unius correctoris omnes quae in D ... patet ... nonnullas et Latino et Graeco adhibitas ... codicibus Graecis consentiunt, ... 2, 20 stilo adscriptum est και Graece ... nec ex Graecis nec ex Latinis codicibus ... velut Rom 8, 15 nescio quis loci ... αββα ο πατηρ ... Atque ineptissimi ...

[illegible] stichus: Εισ τουτο γαρ ... και.

[illegible] posteriore additum est και in 109. Ex ... et meliores codices, v. ed. Hartel p. 109)

Digitized by Google

Sed X eis quae an-

spero pertransiens

In D quidem particula

Atque codices Graeci longe

et το δικαιωμα. Dubium

sane est, quod nec d nec

Graeci ... Latini consentiunt.

ex suo codice descripsit intellexisse

syriaca ... 37.

D: Μωσης ... γραφει ... την εκ του νομου [2]

... qui spectent et potius cum aliis

X Μωυσης γαρ γραφει την δικαιο

Quae lectio si in D restituitur,

cum X ... quod ανθρωπος, quod X omisit,

Cum ... X et d hoc quidem tuentur,

ignorant και ... αιχμαλωτιζοντες ... ergo

ad αιχμαλωτιζοντες, ... ad

Cum X ... Gothica, sed haec quidem sic habet

αιχμαλωτιζοντες

eo eundem ordinem tenent atque

post κοινωνοι positum habent

ipsa ... nec id expressit d aut versio

κοινωνοι των παθηματων εστε και

forte οι postea invasit. d cum

et consolationum eritis

121 ... pro ε. d. εχων, quod

esse

Rom 12, 17 D *προνοουμενοι καλα · ενωπιον τῳν.ανων ·* Codices Graeci plerique habent *παντων ανθρωπων . παντων* cur in D non legatur perspicitur ex X, ubi verbis *καλα* et *ενωπιον* haec interposita inveniuntur *ου μονον ενωπειον του θυ αλλα κει,* quae cum a multis Latinis tum codice gu expressa sunt.

I Cor 10, 19 Plerique codices Graeci sic habent: *τι ουν φημι; οτι ειδωλοθυτον τι εστιν; η οτι ε ι δ ω λ ο ν τι εστιν; αλλ οτι α θυουσιν δαιμονιοισ και ου θεω θυουσιν ·*

X: *Τι ουν φημει Οτι ιδωλοθυτον εστιν τι Ουχ οτι ι δ ω λ ο θ υ τ ο ν εστιν τι Αλλα α θυουσιν δαιμονειοισ θουσειν και ου θω ·*

D: *τι ουν φημι · οτι ειδωλοθυτον · εστιν τι · ουχ οτι ε ι δ ω λ ο ν εστιν τι · α δε θυουσιν δαιμονιοισ · θυουσιν και ου θω ·*

D ex utroque miscuit; nam cum scriberet *ουχ οτι* etiam scribendum erat *ειδωλοθυτον*. Habet tamen d *idolum* g *idolum* + *idolothitum.*

Duas D inter se confudit lectiones his quoque locis: Rom 4, 17 codices Graeci *επιστευσεν*. X cum d f g multisque Latinis *επιστευσασ* , ex quibus D conflatum habet *επιστευσαν* . Similiter I Cor 10, 10 codices Graeci *ολοθρευτου* X *ολεθρου* D *ολεθρευτου*. Rom 4, 12 alii *τοισ ιχνεσιν τησ πιστεωσ τησ εν τη ακροβυστια* . X cum aliis *τοισ ιχνεσειν τησ εν ακροβυστια πιστεωσ* D *τοισ ιχνεσιν τησ πιστεωσ τησ εν ακροβυστια πιστεωσ.* Rom 14, 9 alii *χριστοσ απεθανεν και εζησεν* alii inter quos X *χ. απεθανεν και ανεστη* D *χ. εζησεν και · απεθανεν και ανεστη ·* Verba *εζησεν και* etiam sticho repugnare vides.[1]) Addita tamen sunt etiam Latine *et vixit.* Rom 15, 30 X d f g *εν ταισ προσευχαισ υμων.* Ceteri *εν ταισ προσευχαισ υπερ εμου.* D *εν ταισ προσευχαισ υμων υπερ εμου.*

Atque his quidem locis corrector antiquae lectionis vestigia non prorsus delevit, aliis ipsa quidem verba ad Graecos codices revocavit, sed ordinem eorum non servavit. Rom 12, 14 codices Graeci omnes *ευλογειτε τουσ διωκοντασ υμασ, ευλογειτε και μη καταρασθε.* Verba *ευλογειτε* — *υμασ* omisit X cum m Or^int, post *καταρασθε* posuerunt soli D d. Desiderabantur igitur in Z nec cum ex aliis codicibus supplerentur suo loco reddita sunt. I Cor 7, 36 D *ει δε τισ ασχημονιν νομιζει · επι την παρθενον αυτου ·* Codices Graeci omnes *νομιζει* post *αυτου* posuerunt. X omisit *νομιζει,* pro *ασχημονειν* habet *ασχημονει.* d f g habent *turpem se existimat,* similiter Ambrst *turpem se viderit,* contra vg *turpem se videri existimat.*

4. Non unius correctoris omnes quae in D lateant emendationes esse patet. Plurimas Graeco soli, nonnullas et Latino et Graeco adhibitas esse animadvertimus. Plurimae vel cum optimis vel certe cum multis codicibus Graecis consentiunt, aliae aut cum nullo aut cum paucissimis. Velut quod Rom 12, 20 sticho adscriptum est *και* Graece, *et* Latine, solo codice gu confirmatur.[2])

Alia nec ex Graecis nec ex Latinis codicibus suppleta, sed ab otiosis aliquando lectoribus adscripta sunt velut Rom 8, 15 nescio quis loci similis Gal 4, 6. 7 recordatus addidit *ωστε : εν ω κραζομεν αββα ο πηρ ωστε ·* Atque ineptissimi interdum lectores verbis Graecis corrumpendis quid

---

[1]) Est totus stichus *Εισ τουτο γαρ χσ εζησεν και ·*

[2]) Manu posteriore additum est *και* in 109. Ex Proverbiis locum affert cum et Cyprianus, Testim. III, 1. (Sic plures et fideliores codices, v. ed. Hartel p. 109).

Digitized by Google

in Graeco profecissent tentaverunt, velut qui II Cor 8, 18, cum in Latino ultimum versus verbum mutilatum esset, ipsum verbum corruptum Graece exprimere studuit:

και προθυμιαν ημων τελουσιν *et destinatam nostram volunt*

5. Sed longe plurimae emendationes Graecis debentur codicibus, qui cum versibus descripti non essent, ne ei quidem qui eos adhibebant versuum distinctionem curabant. Atque ipsos illos codices antiquos aliquoties in D quasi manibus prehendimus. Nam non solum singula verba, sed totos locos ex illis petiverunt, id quod ex eo apparet, quod interdum plures deinceps stichos prorsus dissolutos invenimus velut I Cor 9, 20:

ινα ιουδαιουσ κερδησω τοισ υπο νο	*ut iudaeos lucri facerem his qui sub lege sunt*
μον ωσ υπο νομον μη ων αυτοσ υπο	*quasi sub lege cum ipse non esse sub*
νομον ινα τουσ υπο νομον κερδησω	*lege ut qui sunt sub lege lucrare*
τοισ ανομοισ ωσ ανομοσ	*his qui sene lege sunt sicut sene lege*
μη ων ανομοσ θυ αλλ εννομοσ χυ	*cum sine lege di non sim sed in lege sim xpi*

Ultimos quoque duos versus, quamquam tantum quidem codicis rationi accommodati sunt, ut bina utroque membra contineantur, una cum ceteris suppletos esse arbitror. Proximus enim versus et incipit eodem verbo quo primus illorum, quos modo attulimus, et finitur eo, quo ille claudendus erat *(ινα τουσ ανομουσ κερδησω)*, quo factum est, ut in uno ex eis codicibus qui D praecedebant totus ille locus omitteretur. Omnia vero illa in Z in stichos divisa fuisse apparet ex G, qui stichos hoc loco bene indicavit: *Ινα ιουδαιουσ κερδησω Τουσ υπο νομον, ωσ υπο νομον Μη ων αυτοσ υπο νομον Ινα τουσ υπο νομον κερδησω* · e. q. sqq.

Item in fine epistulae ad Ephesios (6, 23. 24) stichorum, qui in D soluti sunt, G vestigia nonnulla servavit:

Ειρηνη τοισ αδελφοισ	*Pax fratribus*
και αγαπη μετα πιστεωσ απο	*et caritas cum fide a*
θυ πατροσ και κυ ιυ χυ η χαρισ μετα παντω	*do patri et dmo ihu xpo gratia cum omnes*
των αγαπωντων τον κν ημων ιν χν	*his qui diligunt dmn n. ihm xpm*
εν αφθαρσια αμην	*incorruptione amen*

Ειρηνη τοισ αδελφοισ Και αγαπη. μετα πιστεωσ απο θυ πατροσ Και κυ ιυ χυ » » » *Η χαρισ μετα παντων των αγαπων(των) τον κν ημων ιν χρν εν αφθαρσια* » » » » » » » »

Atque his quidem locis cum Z a ceteris codicibus non dissenserit, ne D quidem cum X discrepat, nisi quod hic in fine *αμην* omisit.

6. Sed multo gravior est tertius locus, qui cum a Z abesset ex aliis codicibus suppletus ad scriptorem codicis D pervenit. Doxologiam enim, quae in libris manu scriptis vel post finem capitis XIV. epistulae ad Romanos inserta vel totius epistulae fini adscripta invenitur, Z omnino non continuit.

In codicibus qui D praecesserunt epistulam ad Romanos apparet olim terminatam fuisse his duobus versibus:

Digitized by Google

Η χαρισ του κυ ημων ιυ χυ
μετα παντων υμων αμην

Gratia dmi nostri ihu xpi
cum omnibus vobis amen

Nam quae sequuntur prorsus diversa ratione scripta sunt:

Τω δε δυναμενω υμασ στηριξαι
κατα το ευαγγελιον μου και το κη
ρυγμα ιυ χυ κατα αποκαλυψιν μυσ
τηριου χρονοισ αιωνιοισ σεσιγη
μενου φανερωθεντοσ δε νυν
δια γραφων προφητικων
κατ επιταγην του αιωνιου θυ εισ υπα
κοην πιστεωσ εισ παντα τα εθνη
γνωρισθεντοσ μονω θω σοφω δια ιυ χυ
ω η δοξα εισ τουσ αιωνασ των αιωνω
αμην

Qui autem potest vos confirmare
secundum evangelium meum et
praedicationem ihu xpi secum apocalypsem
sacramenti temporis aeterni
taciturnitatis innotesceret autem nunc
per scripturas profetarum iuxta
iussionem aeterni di in oboedien
tia fidem in omnes gentes
declarasset solo do sapienti per ihm xpm
cuius gloria in saecula saeculorum
amen

Totum locum omiserunt et G et F.[1] Intermisit tamen G inter cap. XIV. et XV. tantum quantum ad doxologiam capiendam sufficiat spatii. Sed nec D nec F illo loco lacunam indicaverunt. Hic vero aliis locis, ubi aliquid deesse videbatur, idem spatii cum G transmisit (cf. I p. 15). Itaque ne X quidem illo loco hiavisse verisimile est, sed auctor codicis G cum vidisset librum in quo post 14, 23 doxologia addita esset ipse suum codicem detrimentum fecisse indicavisse putandus est.

7. Praetereundum non est, quod subscriptio epistulae ad Romanos plane eodem modo conformata est atque epistulae ad Ephesios. Hae vero a ceteris subscriptionibus diversae sunt. Nam cum apud Graecos prioribus temporibus nihil nisi nomen eorum quibus quaeque destinata erat epistulis et inscribendi et subscribendi mos fuerit, postea vel ubi vel per quem quaeque scripta esset vel alia addita sint, ex codicibus Graecis soli quantum scio D F G secundum consuetudinem Latinam epistulis subscribunt et inscribunt alter *προσ . . . επληρωθη αρχεται προσ . . .* alteri *ετελεσθη προσ . . . αρχεται προσ . . .*[2] Cum vero finis et epistulae ad Romanos et epistulae ad

[1]) In F Latine quidem ex Vulgata doxologia in fine epistulae suppleta est. Singulorum versuum ambitus mirum in modum cum D congruit. Sed casui id tribuendum videtur. Nam codicem D scriptori codicis F notum fuisse minime credibile est. Tamen locum ipsum, ut qui velit cum D comparare possit, totum apponam:

Qui autem potens est vos confirmare
iuxta evangelium meum et praedi
cationem ihu xpi secundum revelati
onem mysterii temporibus aeternis
taciti . quod nunc patefactum
est per scripturas prophetarum secundum
praeceptum aeterni di ad oboedi
tionem fidei in cunctis gentibus
cognito. Soli sapienti do per
ihm xpm honor et gloria
in saecula saeculorum · amen

[2]) In subscriptione epistulae ad Rom. et in inscriptione epistulae Iae ad Cor verba in X eundem ordinem tenent atque in D. Semel X pro *ετελεσθη* habet *επληρωθη*: *επληρωθη επιστολη προσ τιμοθεον* (α).

Digitized by Google

Ephesios ex antiquis codicibus Graecis in D restitutus sit, etiam subscriptio harum epistularum nil nisi nomen altera Romanorum, altera Ephesiorum continet. Subscriptum igitur est alteri *προσ ρωμαιουσ* omissa inscriptione proximae epistulae, alteri *προσ εφεσιουσ · προσ κολοσσαεισ* · idque in extremis duobus paginae versibus subsequente ipsa epistula ad Colossenses in proxima.

XIV. Multa igitur intelleximus in ipso Graeco codicis D inesse indicia, ex quibus perspiciatur scriptorem eius textum quendam multis locis mutatum accepisse. Cum vero codices D et X ad unum quoddam exemplar revocaverimus, cuius auctor sibi proposuerat, ut quantum posset Latinum cum Graeco consentire demonstraret, omnes loci, quibus D cum d et X discrepat, suspecti videbuntur. Velut quod *εστιν* copula Rom 6, 21 8, 10 aliisque locis, Col 4, 9 *πραττομενα* participium post *τα ωδε* in X cum d f g secundum Latinum additum est, id ne a Z quidem alienum esse intelleximus (v. p. 7). Nec quoniam vidimus (p. 8) extremam epistulae ad Romanos partem (15, 14—16, 24) Z a Graecis codicibus qui supersunt maxime diversam exhibuisse, dubitabimus quin Rom 15, 14 Z legerit *αγαπησ* cum X d f g m vg Ambrst, non *αγαθοσυνησ* cum D ceterisque -- 29 *γινωσκω γαρ scio enim* cum X d f g Or[int] Ambrst pro *οιδα δε* 16, 2 *παραστατισ* cum X pro *προστατισ* -- 10 *αριστοβολον* cum B X d f g vg pro *αριστοβουλον* -- 15 *νηρεαν neream* cum A X d g (*nereum* f vg Or[int] Ambrst). Item verisimile mihi quidem videtur Rom 15, 26 Z scripsisse *ευδοκησαν γαρ μακεδονεσ και αχαικοι κοινωνιαν τινα ποιησασθαι*: Habet enim G *μακαιδονεσ και αχαιακοι νωνειαν* F *μακαιδονεσ και αχαι‿ακοι μωνειαν* f g *macedones et achaici* d *macedones et achaia*. Nam ut verisimilius est quae X d f g cum eis, quos Z prae ceteris secutum esse intelleximus, communia a D diversa habent illos fidelius servavisse quam hunc, sic ea quoque, quorum X et d solos vel fere solos auctores novimus, codici Z tribuere licebit, quippe quae d ex alio quam ex communi fonte haurire vix potuerit. Atque *macedones* illud Sabatier ex solo Sedulio Scoto affert.

XV. Sed quamquam id me assecutum esse spero, ut demonstrarem quod D codicibus Graecis multo similior est quam X id eo factum esse, quod illius textus per codices cum Graecis comparatos transiisset, tamen minime hunc illius auctoritati omnino anteferre videri vellem. Immo non nisi caute et circumspecte X ad Z cognoscendum adhibendum esse censeo. Atque mirum sane esset, cum antiqui illius libri memoria per duos quasi rivos ad nos venerit, si alter tot alienos rivulos secum duxisset alterius flumen purum et integrum profusum esset. Similiora utriusque fata fuisse nec ipsum X textum ab emendationibus liberum accepisse apparet. Atque alia in utroque correcta sunt, alia in D notam fugerunt, in X emendatiori lectioni cessere.

και in D in fine versus legitur Rom 4, 14 et II Cor 13, 10 *κεκενωται η πιστισ και · κατηργηται η επαγγελια* · et *εισ οικοδομην και · ουκ εισ καθαιρεσιν*. Priore loco *και* nec d nec Ambrst Latine verterunt, altero *et* in d initio alterius versus positum est. Verisimillimum igitur est *και* et hic et illic post additum esse. X *και* Graece habet et Latine vertit.

Phil 3, 6. 7 in D sic legitur *γενομενοσ αμεμπτοσ αλλα · ατινα ην μοι κερδη* · *αλλα* d non vertit. Ergo id post adscriptum esse putandum est. Nec id quidem G habet, sed in F scriptum est *αλλιτινα* (ex *αλλ ατινα*). Atque certe hoc ille ex X sumpsit. Videtur *αλλα* in X margini adscriptum fuisse. Quod si ita erat, facile fieri potuit, ut ab altero illud in textum reciperetur, ab altero omitteretur.

Eph 3, 2. 3 D *ειγε ηκουσατε · την οικονομιαν του θυ · τησ χαριτοσ τησ δοθισησ μοι · εισ υμασ οτι · κατα αποκαλυψιν · εγνωρισθη μοι · το μυστηριον* · *οτι* omisit B nec verterunt d Victorin Ambrst. Desideratur id quidem etiam in X, sed hic interposuit *γαρ* post *αποκαλυψιν*, quod e coniectura videtur natum esse. *γαρ* expresserunt f g go.

Digitized by Google

Gal 5, 1 D *τη ελευθερια ημασ · χσ ηλευθερωσεν · στηκετε · και μη παλιν δουλιασ · ζυγω ανεχεσθαι ·* G *H ελευθερια ημασ χρσ ηλευθερωσεν Στηκεται ουν Και μη παλιν δουλιασ ζυγω ενεχεσθαι* d *qua libertate nos(tra) · xps liberavit · state · et nolite iterum servitutis · iugo contineri ·* *η* in Graecis codicibus non invenitur. Stichi in D ita divisi sunt, ut *στηκετε* artius cum eis quae praecedunt quam quae sequuntur coniunctum videatur. Quod cum ita sit, *η* priorem lectionem esse sumendum est. Huic vero *ουν* particulam male respondere apparet. Ita D et X inter se comparatis d antiquam lectionem retinuisse cognoscitur.

II Cor 10, 18. D *ου γαρ ο εαυτον συνιστανων εκινοσ · δοκιμοσ εστιν · εκεινοσ* nec d nec Ambrst expressit. Cum his ceterisque Latinis D in positione verborum *δοκιμοσ εστιν* congruit, sed X non solum cum Graecis codicibus *ενειvοσ* habet, sed etiam verba ita transposuit ut in Graeco sunt *εστιν δοκιμοσ*. Itaque hoc loco X in nulla re a Graecis dissentit, nisi quod articulum ante *δοκιμοσ* habet.

Item Eph 5, 28 X totus ad codices Graecos revocatus est, D antiquam lectionem non integram quidem, sed tantum servavit, ut ex ipso ea cognosci possit. Sic enim Graeci plerique, quibuscum X consentit, habent *ουτωσ και αι ανδρεσ οφειλουσιν* [1]) *αγαπαν τασ εαυτων γυναικασ ωσ τα εαυτων σωματα. ο αγαπων την εαυτου γυναικα εαυτον αγαπα.* D *ουτωσ και οι ανδρεσ · οφιλουσιν · αγαπαν τασ εαυτων γυναικασ ωσ · το εαυτων σωμα · ο την εαυτου γυναικα αγαπων · εαυτον αγαπα ·* *ωσ* particulam qui adscripsit nec ordinem verborum restituit nec singularem *το σωμα* in pluralem mutavit. Tamen alia mutata esse apparet, nam nec ad singularem *το σωμα* apte pluralis *εαυτων* adicitur nec ipse singularis post pluralem *οι ανδρεσ* recte adhibetur. Sic vero d hunc locum Latine vertit *sic et viri · debent · diligere uxores suas · suum corpus diligit · qui uxorem suam diligit · et se ipsum diligit ·* Sed et in d verba *et se ipsum diligit* claudicant. Haec autem omisit Ambrst. Itaque sic olim scriptum fuisse puto *το εαυτου σωμα αγαπα · ο την εαυτου γυναικα αγαπων ·*

Nec totum librum correctores eadem cura recensebant, quo factum est, ut in quibusdam partibus velut in parte posteriore epistulae secundae ad Corinthios vel in Ia ad Timotheum D antiqui codicis similior videatur quam X. Atque cum in his D et X multis locis inter se differant, haud raro accidit, ut versio Latina codicis X textui Graeco codicis D responderet vel quidem utramque lectionem exprimeret repugnante interdum ipsius codicis D versione. Velut II Cor 9, 3 X d cum plerisque *επεμψα misi* D g *επεμψαμεν misimus.* 10, 9 X *ινα μη δοξωμεν ωσ αν εκφοβειν* (ceteri *δοξω* pro *δοξωμεν*) D *ινα μη δοξωμαιν εκφοβουντεσ* d *ut non existimemur tamquam terrentes* g *ut non existimemur quasi terrendo* ⸸ *tes.* 11, 6 X cum Graecis *ει δε και ιδιωτησ* D d g cum Ambrst aliisque addiderunt *εγω ego.* 11, 14 X cum Graecis *μετασχηματιζεται εισ αγγελον* D d m Orint Ambrst alii *μ. ωσ αγγελοσ transfigurat se sicut angelus* (vel similiter) g *t. se in* ⸸ *ut angelum.*

XVI. I Tim 3,1 X cum Graecis *πιστοσ ο λογοσ* D d m Ambrst Sedul *ανθρωπινοσ ο λογοσ humanus sermo* g *humanus* ⸸ *fidelis sermo.* Gal 5, 9 X cum Graecis *ζυμοι* D d vg go Victorin alii *δολοι corrumpit* g *corrumpit* ⸸ *fermentat.* Hi ultimi duo loci sunt inter eos quos Hieronymus cum recenseret, vitiositatem codicum Latinorum reprehendit eisque Graecorum fidem anteposuit.

---

[1]) *ουτωσ οφειλουσιν οι ανδρεσ* ℵ K L *ουτωσ οφειλουσιν και οι ανδρεσ* B 17.

[2]) I Cor 5, 6 X cum Graecis g m (f super Graecum) *ζυμοι* fermentat D d vg Orint Ambrst alii *δολοι* corrumpit.

Sic alias quoque lectiones, quas idem Hieronymus minus probabat, quoniam in Graecis codicibus non invenirentur, D solus e Graecis exhibet velut I Cor 15, 51 *παντεσ αναστησομεθα · ου παντεσ δε · αλλαγησομεθα* ceteri aut *παντεσ (μεν) ου κοιμηθησομεθα παντεσ δε αλλαγησομεθα* aut *παντεσ (μεν) κοιμηθησομεθα ου παντεσ δε αλλαγησομεθα* (sic etiam X). Vel Gal 2,5 D *προσ ωραν ειξαμεν* ceteri *οισ ουδε π. ω, ε.* Ibid. 5,8 D *η πισμονη εκ του καλουντοσ υμασ* ceteri *η πεισμονη ουκ εκ τ. κ. υ.*

Sed quoniam indolem et rationem codicis Z cognovimus, non dubitabimus, quin illa non postea mutata sed ex Z conservata sint. Atque id eo quoque confirmatur, quod aliae lectiones, quae ob eandem causam ab eodem Hieronymo improbantur, utriusque codicis sunt. Velut cum Hieronymus eos illudat, qui Latinis codicibus fidem habentes Rom 12, 11 legant *tempori servientes* et statuat Eph 1, 6 falso in Latinis codicibus addi *filio suo* cum simpliciter scriptum sit *in dilecto*, et D et X habent *τω καιρω δουλευοντεσ* et *εν τω ηγαπημενω υιω αυτου*.

Quem finem olim mihi proposueram, eum iam attigi. Qua via et ratione antiquum illud exemplar, ex quo codices D F G derivavisse mihi videor, accuratius cognosci posset, indicare studui, ipsum illud quantum fieri posset in integrum restituere conari nolui. Varia exempla quae ad persuadendum apta videbantur elegi, nonnulla omisi, ne fines qui scriptori programmatis Jeverensis concessi sunt transgrederer. Non omnia cum eadem probabilitate ad antiquum exemplar revocari posse patet; sed multa quae praeterii ab eo qui rationes meas probaverit facile cognosci posse puto. In Latinum (d g) minus inquisivi, quoniam id una cum aliis vel versionibus vel recensionibus Latinis, e quibus pendet ea quam Z adhibuit versio, spectandum est. Restat gravissimum illud, ut in ipsum illum textum Graecum quem Z ad suum arbitrium recensuit accuratius inquiratur. Sed id est res altiores tractantium. Quibus si nos nostra humiliore opera aliquid suppeditavisse videbimur nobis satis erit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google